Mayo 30/75
15301
(114-9)

OLLENDORFF REFORMADO.

# GRAMÁTICA LATINA,

Y

METODO PARA APRENDERLA,

POR

FRANCISCO DE P. HIDALGO.

## CLAVE DE LOS TEMAS.

SEGUNDA EDICION.

CADIZ.

VERDUGO Y C.ª, EDITORES.

REVISTA MÉDICA.

1872.

5559

L47 - 8074

147-8074

OLLENDORFF REFORMADO.

# GRAMÁTICA LATINA,

Y

MÉTODO PARA APRENDERLA,

POR

FRANCISCO DE P. HIDALGO.

## CLAVE DE LOS TEMAS.

SEGUNDA EDICION.

CADIZ.

VERDUGO Y C.ª, EDITORES,

REVISTA MÉDICA.

1872.

Esta obra se halla bajo la garantía de las leyes y serán reputados como falsos los ejemplares que carezcan de la correspondiente signatura.

CADIZ: 1873.—Imp. de la Revista Medica de D. Federico Joly y Velasco, Bomba, n.º 1.

# CLAVE DE LOS TEMAS.

## DECLINACIONES.

1.

**Leccion 1.ª**—Videsne rosam?—Rosam video.—Videsne stellam?—Stellam video.—Videsne reginam?—Reginam video.—Videsne rosam meam?—Rosam tuam video.—Videsne pennam meam?—Pennam tuam video.—Quam rosam vides?—Rosam meam video.—Quam mensam vides?—Mensam tuam video.—Videsne coronam?—Coronam video.—Quam coronam vides?—Coronam meam video.—Quam pennam vides?—Pennam tuam video.—Videsne mensam tuam?—Mensam meam video.

2.

**Leccion 2.ª**—Videsne hortum?—Hortum video.—Videsne librum?—Librum meum video.—Videsne currum meum?—Currum tuum video.—Num arcum vides?—Arcum non video.—Videsne puerum?—Puerum video.—Videsne librum meum?—Librum tuum video.—Videsne fructum?—Fructum video.—Quem hortum vides?—Hortum meum video.—Quem librum vides?—Librum tuum video.—Quem fructum vides?—Fructum meum video.—Num currum tuum vides?—Currum meum non video.—Num rosam vides?—Rosam non video.—Num filium meum vides?—Filium tuum non video.—Num stellam vides?—Stellam non video.—Videsne equum meum?—Equum tuum video.

3.

**Leccion 3.ª**—Videsne bonum filium?—Bonum filium video.—Videsne bonam filiam?—Bonam filiam video.—Videsne bonum speculum?—Bonum speculum video.—Estne bona filia?—Filia est bona.—Estne bonus filius?—Filius est bonus.—Estne scamnum longum?—Scamnum est longum.—Videsne bonum filium meum?—Bonum filium tuum video.—Num parvum currum vides?—Parvum currum non video.—Quod speculum vides?—Speculum tuum video.—Num vinum est bonum?—Vinum non est bonum.—Num templum vides?—Templum non video.

4.

Num scamnum meum vides?—Scamnum tuum non video.—Videsne magnum librum.—Eum video.—Estne mensa longa?—Mensa est longa.—Estne equus niger?—Equus est niger.—Num parvum equum vides?—Eum non video.—Videsne longam mensam?—Longam mensam video.—Videsne nigrum equum?—Nigrum equum video.—Estne terra rotunda?—Terra est rotunda.—Quem librum vides?—Parvum librum tuum video.—Quod vinum vides?—Vinum tuum video.—Videsne cœlum?—Cœlum video.

5.

**Leccion 4.ª**—Videsne effigiem?—Effigiem video.—Videsne florem meum?—Florem tuum video.—Num patrem meum vides?—Patrem tuum non video.—Quam effigiem vides?—Pueri effigiem video.—Videsne glaciem?—Glaciem video.—Quam glaciem vides?—Frigidam glaciem video.—Estne spes certa?—Spes est certa.—Estne glacies frigida?—Glacies est frigida.—Videsne equum?—Militis

equum video.—Num fratris hortum vides?—Fratris hortum non video.—Num aqua est frigida?—Aqua non est frigida.—Estne homo bonus?—Homo est bonus. —Videsne hominem?—Hominem video.—Num filiæ matrem vides?—Filiæ matrem non video.—Quam matrem vides? —Filii matrem video.—Videsne hominem?—Hominem video.—Videsne passerem?—Passerem video.—Videsne aciem? —Aciem video.—Estne labor durus?—Labor est durus.

6.

Videsne diem?—Serenum diem video.—Num cœli stellam vides?—Cœli stellam non video.—Videsne pueri scamnum? Pueri scamnum video.—Estne pater tuus severus?—Pater meus severus est.—Quem librum vides?—Patris tui librum video. —Quam pennam vides?—Fratris mei pennam video.—Videsne hominem?—Hominem et florem video.—Videsne pennam et librum?—Pennam et librum video. —Videsne severum patrem?—Severum patrem video.—Quem librum vides?—Filii mei librum video.—Num filiæ meæ pennam vides?—Filiæ tuæ pennam non video.

7.

**Leccion 5.ª**—Videsne crucem?—Crucem video.—Quam crucem vides?—Crucem meam video.—Videsne speculum?—Speculum video.—Quod speculum vides? —Pueri speculum video.—Estne somnus mortis imago?—Somnus est mortis imago.—Estne vita peregrinatio?—Vita hominis peregrinatio est—Num vulpem vides?—Eam non video.—Quam navem vides?—Parvam navem video.—Quam arundinem vides?—Longam arundinem video.—Videsne librum meum?—Eum video.—Num parvam pueri mensam vides?—Parvam pueri mensam non video.—Videsne arundinem et navem?—Arundinem et vulpem video.—Quam arundinem vides?—Longam patris arundinem video.—Videsne crucem et speculum?—Crucem et speculum video.—Num venustam reginæ filiam vides?—Venustan reginæ filiam video.

8.

Estne flos albus?—Flos horti est albus.—Num navis est magna?—Navis tua non est magna.—Estne laus justa?—Laus pueri est justa.—Videsne mortis imaginem?—Tristem mortis imaginem video.—Estne liber facilis?—Liber est facilis. —Estne homo mortalis?—Omnis homo est mortalis.—Estne scamnum forte?—Scamnum est forte.—Num forte scamnum vides?—Forte scamnum non video.—Quem hortum vides?—Utilem hortum video.—Videsne pueri pietatem?—Magnam pueri pietatem video.—Num parvam vulpem vides?—Eam non video.—Videsne patrem meum?—Eum video.

9.

**Leccion 6.ª**—Videsne flumen?—Flumen video.—Videsne canem meum?—Canem tuum video.—Num mare vastum vides?—Mare vastum non video.—Num bonum canem vides?—Bonum canem non video: sed bonum equum video.—Quid parvi vides?—Parvum animal video.—Estne labor utilis?—Labor utilis est puero. —Num aqua fluminis est bona?—Aqua fluminis non est bona.—Num frigus noctis est gratum?—Frigus noctis non est gratum.—Estne caput pars corporis?—Caput est pars corporis hominis.—Estne vita hominis brevis?—Vita hominis brevis est.—Estne puer similis patri?—Puer similis est patri.—Videsne mare an flumen? —Mare et flumen video.—Num equum an lupum vides?—Equum non video, sed lupum video.—Quid boni vides?—Bonum animal video.—Quid parvi vides?—Parvum pueri librum video.

10.

Quid vides?—Lumen video.—Videsne librum an pennam?—Librum et pennam video.—Quod animal vides?—Animal noxium video.—Num hortum meum vides?—Hortum tuum non video, sed meum video.—Estne aqua necessaria?—Aqua necessaria est homini.—Estne vita grata Deo?—Vita proba grata est Deo.

—Estne labor difficilis?—Labor difficilis est puero.—Quem florem vides?—Puellæ florem video.—Quam navem vides?—Parvam navem video.—Videsne hominem an lupum?—Hominem video, sed lupum non video.—Quem hominem vides?—Probum hominem video.—Estne canis similis lupo?—Canis similis est lupo.—Num mare vastum vides?—Mare vastum non video: sed aquam fluminis video.—Quid vides?—Ebur nitidum video.

---

11.

Leccion 7.ª—Videsne catenam ex auro?—Catenam ex auro video.—Numquid vides?—Nihil video.—Quid boni vides?—Aliquid boni video.—Videsne montem auri?—Montem terræ video.—Videsne ferream crucem?—Auream crucem video. —Estne homo contentus?—Homo contentus est sorte.—Num pueri calicem vides? —Pueri calicem non video; sed puellæ poculum video.—Quid magni vides?—Nihil magni video.—Videsne magnum librum?—Parvum librum video.—Videsne poculum ex argento?—Poculum de nitido ēbore video.—Quam crucem vides?—Crucem ex ligno video.—Numquid vides?—Aliquid boni video.—Quod argentum vides?—Argentum tuum video.—Nihilne magni vides?—Nihil magni video.

12.

Estne ager fertilis?—Ager fertilis est frumento.—Quem annulum vides?—Annulum tuum ex argento video.—Videsne crucem ex ebore?—Crucem eburneam video.—Estne puer dignus laude?—Puer dignus est laude.—Num calicem ex auro vides?—Calicem aureum non video: sed ligneum video.—Num montem terræ vides?—Montem terræ non video.—Quid parvi vides?—Nihil parvi video. —Numquid boni vides?—Nihil boni video.—Videsne subuculam meam?—Subuculam tuam video.—Quam mensam vides?—Mensam e ligno video.—Videsne argentum et aurum?—Argentum video; sed aurum non video.—Num crucem de nitido ebore vides?—Crucem de puro argento video.

---

13.

Leccion 8.ª—Estne bonus pater tuus?—Pater meus est bonus.—Num mater tua est severa?—Mater mea non est severa, sed frater meus est severus.—Num pater tuus est contentus?—Pater noster non est contentus.—Videsne patris mei hortum?—Patris tui hortum video.—Quam navem vides?—Venustam navem meam video.—Quem annulum vides?—Amici tui annulum video.—Num fratris mei equum vides?—Fratris tui equum non video, sed amici nostri video.—Num equum meum an canem tuum vides?—Nec equum tuum nec canem meum video.—Num matrem nostram an patrem vestrum vides?—Nec matrem vestram nec patrem nostrum video.—Videsne patris mei ensem?—Patris tui ensem video.—Videsne fratris mei agnum?—Fratris tui agnum video.—Estne cæca filia tua?—Filia mea est cæca.—Estne meus albus equus?—Equus albus est tuus.

14.

Num rosam an librum vides?—Nec rosam nec librum video.—Estne amicus tuus justus?—Amicus meus est justus.—Estne fortuna cæca?—Fortuna cæca est. —Videsne navem tuam?—Navem meam video.—Quod poculum vides?—Fratris mei poculum video.—Num speculum meum vides?—Speculum tuum non video, sed catenam meam video.—Num equum suum an meum vides?—Nec tuum nec suum video.—Estne puer similis patri suo.—Puer similis est patri suo.—Videsne domum meam?—Domum tuam video.—Quam domum vides?—Amici mei domum video.—Quem annulum vides?—Mulieris annulum video.—Quem ensem vides?—Ensem e ligno video.—Num hominis equum vides?—Hominis equum non video, sed pueri video.—Estne cæcus filius tuus?—Filius meus cæcus est.—Estne niger equus tuus?—Equus meus niger est.

15.

**Leccion 9.ª**—Quis librum meum videt?—Homo eum videt.—Illene pennam videt?—Ille pennam et librum videt.—Quis hortum vestrum videt?—Pater meus hortum nostrum videt.—Num puer epistolam videt.—Puer epistolam non videt.—Quis filii mei rosam videt?—Miles filii tui rosam videt.—Estne scamnum altum?—Scamnum est altum.—Quem equum videt puer?—Equum vestrum videt.—Quis pecuniam videt?—Pater noster pecuniam videt.—Quem fructum frater tuus videt?—Fructum nostrum videt.—Num patris tui catenam videt?—Eam non videt.—Videtne nauta navem tuam?—Eam videt. —Illene equum nostrum videt?—Ille militis equum videt.—Quis effigiem videt?—Homo puellæ effigiem videt.—Quis poculum ex auro videt? Tune an ego?—Ego poculum ex auro video.

16.

Quis canem meum videt?—Aliquis canem tuum videt.—Quis pulchram puellæ effigiem videt?—Nemo eam videt.—Videtne aliquis fructum meum?—Aliquis eum videt.—Nemone agnum meum videt?—Agricola agnum tuum videt.—Quem librum mater tua videt?—Meum.—Quam coronam videt rex?—Suam.—Quem annulum soror tua videt?—Matris suæ annulum videt.—Quis pecuniam videt.—Pater meus pecuniam videt.—Estne homo amicus tuus?—Ille est amicus meus.—Estne puer frater tuus?—Ille frater est meus?—Num nautæ navem vides?—Nautæ navem non video?—Quis eam videt?—Homo eam videt.—Quid agricola videt?—Nihil videt.—Nonne magnum poculum videt?—Magnum poculum videt.—Videsne magnam regis coronam?—Magnam regis coronam video.

---

17.

**Leccion 10.ª**—Estne puella pulchra?—Hæc puella est pulchra.— Num vinum est purum?—Hoc vinum non est purum.—Estne hic amicus miser?—Hic amicus miser est, sed est bonus. —Num agricola hunc agrum videt? — Hunc agrum non videt, sed illum videt.—Videtne pater tuus hanc catenam?—Pater meus hanc catenam videt.—Num servus equum tuum videt?—Equum meum non videt, sed illum videt.—Videtne illa puella domum meam?—Illa puella domum suam videt.—Quem fructum videt hic puer?—Illum fructum videt.—Quod speculum videt mater vestra?—Illud speculum videt.—Quis hanc arborem videt?—Ille servus hanc arborem videt.—Num puer hoc scamnum videt?—Puer hoc scamnum non videt, sed illud videt.—Quis hanc epistolam videt?—Hæc ancilla illam epistolam videt.

18.

Videsne hanc pennam an illam?—Illam video, sed hanc non video.—Videsne hunc agrum an illum?—Hunc video, sed illum non video.—Num illam coronam vides?—Illam coronam non video; sed hunc equum.—Num homo hanc domum videt?—Hic homo domum non videt, sed rex.—Quem annulum hic puer videt?—Patris sui annulum videt.—Quam rosam vides?—Nec hanc nec illam video.—Videsne hoc poculum an illud?—Illud video, sed sororis tuæ non video.—Estne illa puella soror tua?—Illa puella est soror mea.—Estne hic homo piger?—Hic homo est piger.—Num hoc scamnum est tuum?—Illud scamnum est meum.—Quis hunc agrum videt?—Nemo hunc agrum videt, sed illum.

---

19.

**Leccion 11.ª**—Estne felix mater tua?—Mater mea felix est et prudens.—Num puer piger est felix?—Puer piger non est felix.—Num homo sapiens est piger?—Homo sapiens non est piger.—Videsne fertilem agrum?—Fertilem agrum video.—Quod animal vides?—Ferox animal video.—Num prudentem puerum vides?—Prudentem puerum non video.—Videsne agrum quem frater meus videt?—Agrum video quem frater tuus videt.—Num domum vides quam ego video?—Domum non video quam tu vides.—Quis aurum videt quod ego video?—Pater

tuus aurum videt quod tu vides.—Quis felicem hominem videt?—Nemo felicem hominem videt.—Quis prudentem amicum videt?—Nemo prudentem amicum videt.—Quis pueri librum videt?—Nemo eum videt.

20.

Quis hunc fructum videt?—Puer diligens eum videt.—Videsne fallacem hominem?—Clementem hominem video.—Quis diligentis pueri librum videt?—Nemo eum videt.—Num audacem canem vides?—Audacem canem non video.—Quis fertilem terram videt?—Agricola felix fertilem terram videt.—Quis mensam videt quam ego video?—Ego mensam video quam tu vides.—Videsne hominem quem puer videt.—Puer hominem videt quem tu vides.—Num templum vides quod pater meus videt.—Pater tuus templum videt quod ego video.—Estne hic amicus prudens?—Hic amicus est prudens, sed ille est fallax.—Num hæc puella est felix? Hæc puella non est felix, sed misera.

## FORMACION DEL PLURAL.

21.

**Leccion 12.ª**—Videsne rosas?—Rosas video.—Videsne pennas?—Pennas video.—Quas pennas vides?—Pennas tuas video.—Nonne libros vides?—Libros meos video.—Nonne parvos libros tuos vides?—Parvos libros meos video.—Videsne puerorum patrem?—Puerorum patrem video.—Quos hortos vides?—Feraces hortos video.—Nonne hortorum flores vides?—Hortorum flores video.—Quæ specula vides?—Specula mea video.—Nonne animalia sunt mortalia?—Omnia animalia sunt mortalia.—Estne Deus pater hominum?—Deus pater est omnium hominum.—Nonne Dei precepta sunt bona?—Omnia Dei precepta sunt bona.—Nonne effigies meas vides?—Effigies tuas video.—Quis facilia negotia videt?—Nemo facilia negotia videt.—Num horti sunt cari?—Horti steriles non sunt cari.—Quis libros meos videt?—Homo libros tuos videt.—Quis pocula ex argento non videt.—Dux pocula ex ebore videt, sed ex argento non videt.

22.

Nonne fratres tui sunt boni?—Fratres mei sunt boni.—Num homines sunt beati?—Non omnes homines sunt beati.—Suntne servi fideles?—Boni servi sunt fideles.—Videsne libros meos?—Libros tuos video.— Quos libros vides?— Bonos magistri libros video.—Num pennas meas vides?—Pennas tuas non video.—Quas pennas vides?—Parvas puerorum pennas video.—Nonne scamna vides?—Bonorum hominum scamna video.—Nonne effigies vides?—Amicorum meorum effigies video.—Quos annulos ex auro videt puella?—Puella annulos suos ex auro videt.—Nonne agricolæ canes vides?—Agricolæ canes video.—Nemonĕ agnos tuos videt?—Agricola agnos meos videt.—Nonne agricola pueri fructus videt?—Agricola pueri fructus videt.—Quas naves videt nauta?—Naves meas videt.—Nonne animalia sunt fidelia?—Animalia sunt fidelia.

23.

**Leccion 13.ª**—Num patris mei equos vides?—Eos non video.—Quis equos videt?—Homo equos meos videt, sed patris tui non videt.—Quos hortos vides?—Fratris mei hortos video.—Num homines pecuniam vident?—Homines pecuniam non vident sed fructus vident.—Quos hortos fratres tui vident?—Hortos suos vident.—Num pueri rosas nostras vident?—Eas non vident.—Quos enses milites vident?—Enses nostros vident.—Quos libros vident pueri?—Meos.—Quas naves vident nautæ?—Tuas.—Num illi hos agnos vident?—Eos non vident.—Quis hos flores videt?—Illi hos flores vident.—Num homines equos vident quos tu vides?—Homines equos non vident quos ego video.—Nonne illi pennas vident quas mater mea videt?—Illi pennas vident quas mater tua videt.—Quis specula videt quæ pater meus videt?—Nemo specula videt quæ pater tuus videt.

24.

Nonne homines fructus vident?—Homines fructus vident.—Num parvos agnos vident?—Eos non vident.—Quos annulos vident pueri?—Pueri pulchros matris annulos vident.—Nonne pennas meas vident?—Eas vident.—Num pater tuus has effigies videt? —Has effigies non videt, sed illas videt.—Videsne hos agros an illos?—Hos agros video, sed illos non video.—Quas coronas vident pueri?—Has parvas coronas vident.—Quos annulos hic homo videt?—Parvos ancillæ annulos videt.—Quis hæc animalia videt?—Frater meus hæc animalia videt.—Nonne illa animalia videt?—Illa videt.—Quis libros videt quos ego video?—Milites libros vident quos tu vides.—Nonne naves vident quas pater meus videt?—Nautæ naves vident quas pater tuus videt.—Quis epistolas videt quas tu vides?—Soror mea epistolas videt quas ego video.

## ADJETIVOS NUMERALES.

25.

**Leccion 14.ª**—Videsne unum amicum?—Quatuor video.—Num duas rosas vides?—Duas rosas non video, tres video.—Nonne unum speculum vides?—Tria specula video.—Videtne homo unum canem?—Unum videt.—Nonne nauta decem naves videt?—Decem magnas naves videt.—Quis decem et sex equos videt?—Agricola decem et sex videt.—Quot milites dux videt?—Septem et triginta milites videt.—Quot arbores vides?—Octo arbores video.—Quot pater tuus videt?—Pater meus quinque videt.—Nonne libros videt?—Bis mille libros videt.—Num triginta flores vides?—Triginta non video, sed centum.—Quot agnos agricola videt?—Decem et tres videt.—Quot pater tuus videt?—Septem.—Quis triginta millia militum videt?—Rex quadraginta millia videt.—Nonne unum bonum amicum vides?—Duos bonos amicos video.—Quis duos calices ex auro videt?—Pater meus centum calices ex auro videt.

26.

Quot homines vides?—Decem.—Quot vident pueri?—Viginti.—Quot canes vident pueri?—Sex vident.—Nonne magnas naves vides?—Bis mille video.—Videsne unum equum?—Unum bonum video.—Quot scamna vident homines?—Tria scamna vident.—Nonne pennas vident pueri?—Sexaginta vident.—Nonne parvas catenas vident?—Quadraginta vident.—Nonne agnos vident agricolæ?—Quinque et triginta vident.—Videsne hortos?—Duos hortos video.—Quot videt Davus?—Tres canes videt.—Quot canes videt ille homo?—Nonaginta vident.—Quot milites vident pueri?—Duo millia vident.—Num has catenas an illos annulos vident?—Nec hos nec illas vident.—Num frater tuus hos equos an illos videt?—Illos non videt, sed meos.

27.

**Leccion 15.**—Quis est primus omnium?—Frater meus est primus omnium discipulorum.—Quod volumen vides?—Secundum video.—Quos libros vides?—Quintum et nonum video.—Nonne vides volumen tercium?—Decimum video.—Videsne sextum an septimum?—Sextum video.—Videsne octavum an vicesimum?—Vicesimum video.—Quis vestrum domum videt?—Nemo.—Quis nostrum arbóres videt?—Nullus vestrum eos videt.—Quis nostrum librum duodecimum videt.—Frater meus quartum videt, sed duodecimum non videt.—Quota est hora?—Tertia hora est.—Quem librum vides?—Librum septuagesimum, paginam octogesimam video.—Estne amor Dei primum præceptum?—Amor Dei est primum præceptum.—Nonne pater tuus libros videt?—Pater meus hos libros videt.—Num illos videt?—Illos non videt.—Nautæ has naves vident an illas?—Has vident, sed illas non vident.

28.

Quis secundum volumen videt?—Magister secundum volumen videt.—Quis vestrum pennas videt?—Ego pennas video.—Quis inter nos librum tuum videt? —Hic puer librum meum videt.—Quis equum videt?—Unus ex militibus.—Quis est ille homo?—Primus omnium.—Quis vestrum domum meam videt?—Nullus nostrum eam videt.—Estne hic liber octogesimus?—Hic liber est quinquagesimus.—Num puella pennas suas videt?—Pennas suas non videt, sed meas.—Quæ specula soror tua videt?—Bonæ matris sui specula videt.—Nonne hic homo illos fructus videt?—Hic homo illos fructus videt.—Num servus equos tuos an meos videt?—Nec tuos nec meos videt.—Quas rosas vides?—Nec has nec illas video. —Quis hos agros videt?—Nemo hos agros videt, sed illos.

---

## ADJETIVOS DEMOSTRATIVOS.

29.

**Leccion 16.ª**—Num filius hujus patris est piger?—Filius hujus patris non est piger.—Estne aqua necessaria huic agro?—Aqua necessaria est huic agro. Nonne aquam hujus fontis vides?—Aquam hujus fontis video. —Nonne hi horti sunt fertiles?—Hi horti sunt fertiles.—Estne hic pater severus?—Puerorum horum pater severus est.—Quid vides?—Hunc equum, hanc domum et hoc poculum video.—Estne labor utilis his hominibus?—Labor est utilis his hominibus.—Nonne mors est communis omnibus hominibus?—Mors est communis hominibus et pecudibus.—Videsne hoc mare?—Hoc mare vastum video.—Nonne hos bonos filios vides?—Pater hos bonos filios videt.—Estne pater tuus auctor?—Pater meus auctor est hujus libri.—Nonne hi homines sunt felices?—Hi homines sunt felices, illi sunt miseri.—Nonne illa negotia sunt difficilia?—Negotia illorum virorum sunt difficilia.—Suntne filiæ illius matris pulchræ?—Filiæ illius matris sunt pulchræ.

30.

Suntne illi reges justi?—Reges illorum populorum sunt justi.—Nonne viri illius ista est laus?—Viri illius ista est laus.—Estne consilium pretiosum?—Consilium ipsum est pretiosum.—Nonne illa puella soror est tua?—Illa ipsa puella soror est mea.—Estne hic dominus severus?—Servorum horum dominus severus est.—Num vinum est malum?—Vinum ipsum non est malum.—Nonne navem vides?—Illam navem video.—Videsne hoc scamnum?—Hoc scamnum video sed illud non video.—Suntne hi libri tui?—Hi libri sunt tui, illi sunt mei.—Estne nomen illius pueri Davus?—Nomen pueri illius est Davus.—Videsne hoc mare? —Hoc mare video, sed illud non video.—Estne illa mulier mater tua?—Illa ipsa mulier mater est mea.—Videsne illam mulierem?—Illam ipsam mulierem video.—Nonne illi pueri contenti sunt?—Illi pueri contenti sunt hāc pennā et his libris. —Estne ille puer frater tuus?—Ille ipse puer frater est meus.—Nonne rex amicus est meus?—Rex ipse amicus est tuus.

---

31.

**Leccion 17.ª**—Videsne regem?—Eum video.—Estne animus semper idem? —Animus semper est idem, corpus idem.—Uter est tuus?—Neuter est meus. —Estne ille juvenis diligens?—Ille juvenis diligens est, alius negligens.—Hic homo est gravis an ille?—Unus homo gravis est, alter hilaris.—Utrius est culpa? Neutrius est culpa.—Nonne supientia causa est mortis hujus viri?—Sapientia hujus viri causa est mortis ejus.—Nonne mors altera est vita?—Mors altera est vita.—Estne hic homo bellicosus an ille?—Unus et alter est bellicosus.—Estne Deus perfectus?—Deus solus perfectus est.—Num hic liber tuus est noxius?—Nullus librorum meorum noxius est.—Quis est Deus?—Deus dominus est totius mundi.—Nonne pater tuus et mater tua contenti sunt?—Ambo contenti sunt.—Vides-

ne equum an canem?—Ambos video.—Quid videt hic homo?—Nihil videt.—Videtne equos?—Eos videt.—Quis plus pecuniæ videt?—Frater meus plus videt. Nonne ille plures libros videt?—Ego plures libros video.

32.

Quot famulos soror tua videt?—Tres solum famulos videt.—Nonne quatuor puella videt?—Quinque videt.—Num pueri librum an puellæ annulum vides?—Neutrum video.—Estne improbus amicus tuus?—Improbus nullius amicus est.—Videsne equos et canes?—Unos at alteros video.—Num alias pennas vides?—Alias non video.—Quis patris mei equos videt?—Nemo eos videt.—Nonne libros et pennas videt?—Unos et alteras videt.—Nonne ambos agnos vides?—Ambos video.—Quis videt plus?—Nauta plus videt.—Num plures equos videt homo?—Plures non videt.—Videsne plura specula?—Plura specula video.—Nonne agricola plures hortos videt?—Plures hortos videt.

---

## ADJETIVO CONJUNTIVO O RELATIVO.

33.

Leccion 18.ª—Num homo severus est justus?—Homo qui severus est non semper est justus?—Quis est piger?—Qui est otiosus, semper est piger.—Quod est bonum est gratum?—Quod est bonum semper est gratum.—Quis est bonus?—Is bonus est filius qui probus est.—Quis domum videt quam ego video?—Puer domum videt quam tu vides.—Quis est beatus?—Pater cujus filiæ sunt honestæ, beatus est.—Quos pueros ille homo videt?—Ille videt pueros eosdem quos ego.—Nonne dignus est eadem gloriā?—Dignus est eadem gloriā quā Davus.—Nonne multos amicos vides?—Multos video.—Videsne multum pecuniæ?—Satis pecuniæ video.—Pueri multum pecuniæ vident?—Paululum pecuniæ vident.—Num agricolæ multos equos vident?—Multos equos non vident, sed plurimos agnos vident.—Quid pater tuus videt?—Nimium vini et parum aquæ videt.—Videsne multas pennas?—Paucas pennas video.—Videsne paululum pecuniæ?—Aliquantulum video.—Quid videmus?—Paululum aquæ tepidæ videmus.—Numquid vides?—Duos homines solum video.

34.

Quos libros vides?—Eosdem libros quos tu video.—Videsne eumdem hominem quem ego?—Eumdem hominem quem tu video.—Quid est utile?—Id quod est honestum est utile.—Nonne parentes sunt contenti?—Parentes quorum liberi sunt probi, contenti sunt.—Quas domos et quos agros vides?—Domos tuas et agros meos video.—Cujus est exercitus?—Pompeji.—Cujus est liber?—Meus.—Quis fideles amicos videt?—Nemo fideles amicos videt.—Nonne hi libri sunt tui?—Hi libri sunt eorumdem discipulorum quorum illi.—Quem hortum vides?—Hortum meum video.—Videsne hortum quem frater tuus videt?—Eumdem video quem frater tuus videt.—Videsne multum auri?—Parum auri video.—Nonne famulus multum aquæ videt?—Satis aquæ videt.—Quis multos agnos videt?—Illi agricolæ plurimos vident.—Nonne multas rosas videmus?—Multas rosas videmus.—Quot nos videmus?—Tres rosas solum videmus.—Quot videt puer?—Unam solum videt.—Quos annulos videmus?—Multos annulos ex auro videmus.—Videsne satis aquæ tepidæ?—Aliquantulum aquæ tepidæ video.—Nonne multa pōcula vides?—Pauca pōcula video.—Videsne multos libros?—Paucos libros video.—Quis satis pecuniæ videt?—Hic homo plurimum pecuniæ videt.

---

35.

Leccion 19.ª—Videsne tantum panis quantum auri?—Tantum unius quantum alterius video.—Videsne tot libros quot pennas?—Plures libros quam pennas vi-

deo.—Num multas rosas vides?—Nullas video.—Nonne soror tua tantum pecuniæ quantum vini videt?—Soror mea minus vini quam pecuniæ videt.—Videsne minus amicorum quam ego?—Plures quam tu video.—Videsne plures equos quam ego?—Plures equos quam tu video.—Num frater tuus plures annulos quam meus videt?—Frater meus minus quam tuus videt.—Nonne parentes tui tot amicos quot nos vident?—Illi unum tantummodo vident.—Nonne plures equos quam ego vident?—Plures quam viginti equos vident.—Num plures pennas quam effigies vident?—Plures harum quam illarum non vident.—Nonne plures pennas quam libros vident?—Minus horum quam illarum vident.—Nonne pater tuus unum annulum ex auro videt?—Duos annulos ex auro videt.—Quot homines videmus?—Quinque videmus.—Nonne unum hortum videmus.—Unum hortum videmus.—Videsne tantum pecuniæ quantum Davus?—Minus quam ille et plus quam tu video.

36.

Quot equos vides?—Duos tantummodo video.—Videsne tot libros quot mensas?—Tot mensas quot libros video.—Quis plures libros quam tu videt?—Ego plures quam ille video.—Illene tot pennas quot nos videt?—Nos minus quam ille videmus.—Videsne multos homines?—Pauciores quam decem video.—Nonne unum hortum videmus?—Unum hortum videmus.—Num pater tuus tantum pecuniæ quantum vini videt?—Ille tantum vini quantum pecuniæ videt.—Quot homines videt?—Plures quam viginti videt.—Quantum panis videt?—Minus quam tu videt.—Videtne amicus tot canes quot ego.—Unum canem tantummodo videt.—Videtne tantum frumenti quantum aquæ?—Tantum unius quantum alterius videt.—Videtne amicus noster tantum olei quantum farinæ?—Plus hujus quam illius videt.—Num filii tui tot libros quot mensas vident?—Plures harum quam illorum vident.—Videsne plures amicos quam ego?—Minus quam tu video.—Estne bonum vinum quod vides?—Vinum quod video bonum est.—Estne niger equus quem vides?—Equus quem video niger est.

---

## DEL INFINITIVO.

37.

**Leccion 20.ª**—Quid rumpĕre optat puer?—Patris sui librum rumpĕre optat.—Nonne medicus dolores tuos lenīre optat?—Dolores meos lenīre optat.—Quisnam studēre optat?—Discipulus lectionem estudēre optat.—Quis optat esse medicus?—Juvenis optat esse medicus sed non miles.—Optasne librum quærĕre?—Librum meum quærĕre opto.—Nonne homo discĕre debet?—Omnes homines discĕre debent.—Quid quærĕre optas?—Aliquid boni quærĕre opto.—Quis discĕre debet?—Discipuli discĕre debent, præceptores docēre.—Optatne discĕre filius tuus?—Sermonem latinum discĕre optat.—Num lectionem finīre optas?—Eam finīre non opto.—Nonne fratris tui librum rumpĕre optas?—Fratris mei librum rumpĕre opto.—Numquid scribĕre optas?—Aliquid scribĕre opto.—Quis dolorem tuum lenīre optat?—Medicus dolorem meum lenīre optat.

38.

Optasne epistolam legĕre?—Matris meæ epistolam legĕre opto.—Quos libros emĕre optas?—Pueri libros emĕre opto.—Quod speculum vidēre optat amicus?—Speculum tuum vidēre optat.—Estne turpe verum non dicere?—Turpe est verum non dicĕre.—Estne facile legĕre?—Legĕre est facile, intelligĕre difficile.—Nonne stultum est vidēre et audīre?—Stultum est vidēre et audīre et non credĕre.—Nonne puer legĕre debet?—Puer legĕre et scribĕre debet.—Quis debet esse justus?—Rex debet esse justus.—Nonne laborāre optas?—Laborāre opto.—Optasne domum emĕre?—Domum emĕre opto.—Num catenam vendĕre optas?—Catenam vendĕre non opto.—Optatne libros rumpĕre pater tuus?—Libros rumpĕre optat.—Optatne aquam bibĕre?—Aquam bibĕre optat: sed poculum non videt.—Nonne liberi parentes amāre debent?—Liberi parentes suos amāre debent.

39.

Num soror tua flores carpĕre optat?—Soror mea flores carpĕre non optat. —Nonne historiam legĕre optas?—Historiam legĕre opto: sed librum non video. —Quid monēre optas?—Nihil monēre opto.—Nonne medicum vocāre optas? —Eum vocāre opto: dolorem meum lenīre opto.—Quis optat esse justus?—Homo optat esse justus.—Quid legĕre optat amicus?—Librum meum legĕre optat. —Optasne esse dux?—Opto esse dux: sed non medicus.—Quis venīre optat.—Soror mea venīre optat.—Nonne bonum est studēre.—Bonum est studēre.—Estne facile dāre?—Dāre facile est, accipĕre difficile.—Estne præceptum amare Deum?—Primum præceptum est amare Deum.—Nonne est pulchrum verum audīre.—Pulchrum est verum audīre.—Nonne judex severus esse debet.—Omnis judex severus esse debet, sed non durus.—Quid amāre debet puer?—Deum amāre et præcepta ejus servāre debet.

---

40.

**Leccion 21.ª**—Optasne aliam pennam emĕre?—Aliam emĕre opto.—Nonne puer librum emĕre optat.—Multos emĕre optat.—Nonvult laborāre servus?—Servus laborāre vult.—Quid vis facĕre?—Aquam bibĕre volo, sed poculum non video.—Numquid emĕre vis?—Nihil emĕre volo.—Quid vis emĕre?—Nonnullos libros emĕre volo.—Nonvis laborāre?—Multum laborāre volo, sed fessus sum. —Num libros legĕre vis?—Eos legĕre nolo.—Visne quærĕre pennam meam?—Pennam et librum quærĕre opto.—Quis malos homines punīre debet?—Rex justus malos homines punīre debet.—Visne hanc domum an illam emĕre?—Ambas emĕre volo.—Visne has mensas an illas vidēre?—Illas et has vidēre volo.—Vultne catenam rumpĕre hic puer?—Meam rumpĕre vult.—Nonvult pocula sua rumpĕre? —Nonnulla rumpĕre vult.—Numquid vis facĕre?—Nihil facĕre volo.—Quid vultis facĕre?—Aquam bibĕre et panem edĕre volumus.

41.

Nonne duces fortes esse debent?—Duces fortes et sapientes esse debent. —Num hanc effigiem an illam emere vis?—Nec hanc nec illam emĕre volo.—Quid emĕre vult Davus?—Davus nonnullos flores emĕre vult.—Quæ specula vidĕre optas?—Specula tua vidĕre opto.—Visne vinum bibĕre?—Paululum bibĕre volo, sed poculum non video.—Quid vis edĕre?—Nihil edĕre volo.—Quid vult facĕre hic homo?—Epistolam scribĕre vult.—Visne unum equum emĕre?—Decem emĕre volo.—Num catenas emĕre vis quas nos videmus?—Eas emĕre nolo.—Ubi est pater tuus?—Domi tuæ est.—Quā domo est Davus?—In domo patris sui est.—Domum quam īre optas?—Domum tuam īre opto.—Visne domum meam an tuam īre?—Domum tuam īre volo.

42.

Num amici domum īre vis?—Nolo.—Num est Davus domi illius?—Domi illius non est.—Ubi est ille?—Domi suæ est.—Num magistri domum īre vult?—Ire nonvult.—Suntne domi filii tui?—Domi non sunt.—Num domum īre vis?—Domum īre nolo; Davi domum eo.—Estne domi pater tuus?—Domi est.—Quā domo est Davus?—In domo amicorum suorum est.—Num domum illius ire vis?—Domum illius ire nolo.—Quo ire vult frater tuus?—Domum suam ire vult.—Quid vult facĕre domi suæ?—Aquam bibĕre vult.—Ubi est pater meus?—Apud me est. —Ubi edĕre vis?—Apud amicum edĕre volo.—Quā domo est Davus?—In domo fratris mei.—Quo vis ire?—Ad urdem eo.—Quo vult ire Davus?—Ad me.—Ubi edere vult soror tua?—Domi suæ edere vult.

---

43.

**Leccicn 22.ª**—Quo vis ire?—Domum meam ire volo.—Visne domum meam re?—Istuc ire volo.—Nonne frater tuus domum meam ire vult?—Istuc ire vult.—

Estne domi tuæ mater mea?—Illic est.—Num pueri domum patris sui ire volunt? —Istuc ire nolunt.—Quam domum epistolam vis ferre?—Matris meæ domum eam ferre volo.—Vultne famulus epistolam patris mei domum ferre?—Istuc eam ferre vult.—Quo pueri hos libros ferre volunt?—Domum tuam eos ferre volunt,—Num domum meam eos ferre volunt?—Istuc eos ferre nolunt?—Visne domum meam filium tuum ferre.—Domum tuam eum ferre volo.—Quando domum meam ire vis?—Cras domum tuam ire volo.—Quā horā?—Secundā horā.—Quando epistolam scribĕre vis?—Hodie eam scribĕre volo.—Quā hora?—Primā horā.—Visne sororis tuæ domum ire?—Perendie ire volo.—Vultne amicus domum illius ire?—Hodie vult, sed cras patris tui domum ire optat.—Quando ad te ire vult.—Ad vesperam.

44.

Visne ad me ire?—Ad te ire volo.—Quo amici tui, ire volunt?—Interdum ad urbem ire volunt.—Quam domum Davus ire vult?—Domum amicorum tuorum ire vult.—Nonne patris tui domum interdum it?—Patris mei domum nunquam it. —Visne domum meam flores mittĕre?—Istuc eos mittere volo.—Vultne amicus unam epistolam scribĕre?—Duas epistolas scribĕre vult.—Quā domo pater tuus est?—In domo sua est.—Estne domi frater meus?—Illic est.—Estne istic?—Hic est, sed illic non est.—Visne equum tuum afferre huc?—Eum afferre huc volo.—Visne magistri domum ire?—Istuc ire volo.—Optasne tot libros quot mensas emĕre?—Plus illorum quam harum emĕre opto.—Quā horā domum tuam ire vis?—Media nocte.—Quando amicus ire vult?—De nocte.

---

45.

**Leccion 23.**[a]—Optasne me vidēre?—Te vidēre opto.—Numquid optas mittĕre ad me?—Unum librum mittĕre ad te opto.—Quantum pecuniæ pueri volunt?—Multum pecuniæ volunt.—Quis mensam emere optat?—Nemo eam emere optat. —Visne rosam vidēre?—Rosam vidēre volo.—Potesne canem mittĕre ad me?—Eum mittĕre ad te possum.—Num filii tui scribere ad te possunt?—Scribere ad me non possunt.—Videsne multum pecuniæ.—Satis pecuniæ video.—Quis vinum bibĕre optat?—Davus id bibĕre optat.—Potesne flores mihi dāre.—Multos tibi dare volo, sed nullos video.—Potesne mensam mundāre?—Eam mundāre possum. —Quam mensam mundāre vis?—Tuam mundāre volo.—Vultne me vidēre pater tuus?—Hodie te vidēre vult, sed cras non potest.

46.

Quis potest esse sobrius?—Omnis homo potest esse sobrius.—Possuntne errāre sapientes homines?—Sapientes homines errāre possunt.—Potestne Deus errāre?—Deus numquam errāre potest.—Potetne animus perīre?—Animus hominum perīre non potest.—Nonne homines felices esse possunt?—Multi homines felices esse possunt, sed non volunt.—Nonne homo debet esse contentus?—Homo debet esse contentus.—Quis potest esse liberalis?—Qui dives est, potest et debet esse liberalis. -Qui vivĕre non possunt?—Qui edĕre et bibĕre nolunt, vivere non possunt.—Nonne me laudāre debes?—Ego te laudāre debeo.—Potesne mihi dare quod video?—Id tibi dare volo.—Potesne tantum vini quantum aquæ bibĕre?—Tantum unius quantum alterius bibĕre possum.

47.

Potesne pennam nobis commodāre.—Eam vobis conmodāre possum.—Quis nobis loqui optat?—Ego vobis loqui opto.—Potesne scribĕre ad fratres?—Scribĕre ad eos possum.—Quid optas scribĕre ad eos.—Nihil boni ad eos scribĕre opto.—Optasne loqui amico tuo?—Ei loqui opto, sed domi non est.—Ubi est ille?—In domo sororis suæ est.—Quid vis facĕre cras?—Nihil facĕre volo.—Et perendie?—Ad patrem meum scribĕre volo.—Quid vult facĕre servus?—Servus laborāre vult.—Quis ad bellum ire vult?—Davus ire vult, sed ad bellum ineptus est.—Non-

ne plus vini quam ego vides.—Plus vini quam tu video.—Cui mensam commodare vis.—Eam amicis meis commodore volo, sed hodie non possum.

---

48.

**Leccion 24.ª**—Quid vis facĕre?—Ad urbem ire volo.—Cui vis loqui?—Duci loqui volo.—Quando vis ei loqui?—Hodie.—Ubi?—In domo patris mei.—Visne ad me scribere?—Ad te scribere volo.—Quis vult scribere ad me?—Frater tuus scribere ad te vult.—Possuntne amici scribere ad nos?—Scribere ad nos possunt. —Num epistolam scribere possum?—Eam scribere non potes.—Quis eam scribere potest?—Soror tua eam scribere potest.—Ad quem scribere optat?—Ad patrem suum.—Quis flores mittĕre vult?—Amici tui eas mittĕre volunt.—Quos flores mittĕre volunt?—Sororis tuæ flores mittĕre volunt.—Visne patris mei domum ire. —Patris tui domum ire volo.—Quando ad urbem ire vis?—Cras.—Visne forum ire?—Istuc ire opto.—Quā horā?—Nonā horā.—Visne patrem tuum vidēre.—Domi non est.—Ubi est nunc?—In templo.—Num es fessus?—Non fessus sum.

49.

Possuntne amici ad nos scribere.—Ad nos scribere possunt, sed rescribĕre non possumus.—Quam epistolam rescribĕre vis?—Patris mei epistolam rescribĕre volo.—Quis epistolam meam rescribĕre vult?—Amici tui epistolam rescribĕre volunt.—Ubi est filia tua?—Filia mea in templo est.—Estne domi mater tua?—In foro est.—Estne in horto pater tuus?—Ibidem est.—Num soror tua est hic.—Non est.—Quando potest esse hic?—Hōc vesperō potest esse.—Potesne hāc noctē esse hic.—Hāc noctē possum esse.—Cujus est illa mensa?—Patris mei.—Cui est ille equus?—Tibi solum est.—Cui vis domum emere?—Matri meæ.—Visne ad me aquam afferre?—Aquam tibi afferre volo.

50.

Potesne mihi unum equum mittĕre?—Duos equos tibi mittĕre possum.—Num laborāre potes?—Nunc laborāre non possum.—Quando laborāre potes?—Cras; nunc non possum.—Num fratres tui ad hortum ire volunt?—Nunc ire nolunt. —Quis tibi hanc pennam mittere vult? — Magister mihi hanc pennam mittere vult.—Quænam mater liberos suos non videt?—Bona mater liberos suos semper vidēre optat.—Ecquis improbi amicus esse potest?—Nullus potest.—Nonne omnes terræ incultæ sunt?—Quædam terræ partes incultæ sunt.—Quisnam parentes suos scribĕre optat?—Boni filii parentes suos scribĕre optant.—Num ad forum ire vis?—Nunc non possum, fessus sum.—Quis fessus non est?—Hic puer non est fessus.

---

## CONJUGACIONES.

51.

**Leccion 25.ª**—Sumusne homines?—Nos omnes sumus homines.—Suntne homines mortales?—Omnes homines sunt mortales.—Nonne nos sumus homines?—Vos estis homines.—Estne dives amicus?—Amicus meus est dives.—Suntne beati reges?—Beati reges sunt rari.—Nonne ego sum mercator?—Tu mercator es.—Nonne tu es Davus?—Ego sum Davus.—Nonne ego dux vester sum?—Dux tu noster es.—Estne mutābilis homo?—Homo mutābilis est.—Estne Deus inmutābilis?—Deus semper est idem, justitia ejus inmutābilis est.—Estne cœlum opera Dei?—Cœlum et terra sunt opera Dei.—Esne miser?—Homo miser sum.—Num mercator es?—Non sum mercator, medicus sum.—Ubi est pater tuus?—In foro. —Nonne tu Romanus es?—Ego civis Romanus sum.—Num es dives?—Non sum dives, sed contentus sum.—Suntne omnes soles stellæ. —Plurimæ stellæ soles sunt.

52.

Estne meum studēre?—Tuum est studēre, meum docēre.—Nonne indocti est sapientiam negligĕre?—Indocti est sapientiam negligĕre.—Estne hominis peccāre?—Hominis est peccāre, sed turpe est peccāre. —Nonne regis est imperāre? —Regis est imperāre.—Estne boni filii parentes suos amāre?—Boni filii est parentes suos amāre.—Num nostrum est imperāre?—Non nostrum est imperāre, sed obedīre.—Estne honos præmium virtutis?—Honos præmium virtutis semper erit.—Quis est particeps rationis?—Homo est particeps rationis.—Suntne homines avidi gloriæ?—Multi sunt avidi gloriæ.—Quis est timidus lucis?—Improbus semper est timidus lucis.—Estne Davus capax amicitiæ?—Davus capax amicitiæ est. —Num peritus legum est?—Peritus legum non est.

53.

Nonne erātis contenti?—Nos omnes eramus contenti.—Quis erat ingratus? —Davus homo erat ingratus.—Quis superbus erat?—Tarquinius rex superbus erat. —Nonne infelix eras?—Infelix eram.—Eratne felix Brenus?—Brenus dux erat felix, sed homo iniquus.—Nonne Roma urbs magna erat?—Roma urbs erat magna.—Nonne vos eritis felices?—Nos omnes erimus felices.—Estne amicitia sempiterna?—Amicitia nostra erit sempiterna.—Eritne carus hic juvenis?—Hic juvenis erit carus omnibus.—Num contentus est avarus?—Avarus nunquam erit contentus. —Ubi erunt pueri?—In foro.—Tune semper eris idem qui nunc es?—Ego semper ero idem qui nunc sum.

54.

Ubi amici erunt?—In urbe cras amici erunt.—Quando eritis in foro?—Hodie erimus in foro.—Estne Deus semper ubique?—Semper Deus est, erit ubique.— Nonne particeps ero voluptatis tuæ?—Tu particeps eris voluptatis meæ.—Estne oblivio remedium injuriarum?—Oblivio remedium est injuriarum.—Nonne cupidus erat pacis Davus?—Cupidus erat pacis Davus.—Estne animal rationis particeps? —Solus homo rationis est particeps.—Quis studiosus litterarum erat?—Hic puer studiosus litterarum erat.—Num veritatis amantes sumus?—Non semper veritatis satis amantes sumus.

---

55.

Leccion 26.ª—Fuistine miser?—Valde miser fui.—Nonne Roma magna fuit? —Roma urbs valde magna fuit.—Fueritne vinum acre?—Vinum acre fuerit, sed nunc est dulce.—Nonne prima navis arbor cava fuit?—Prima navis arbor cava fuit.—Num Carthago est?—Carthago fuit, sed non est.—Nonne justi semper fuĕrāmus?—Semper fueratis justi.—Fuitne Alexandria æmula Cartaginis?—Alexandria æmula fuit Cartaginis?—Quot fuerunt Romanorum reges?—Septem fuerunt Romanorum reges, quorum ultimus fuit Tarquinius Superbus.—Quis auctor mortis filii ejus fuit?—Auctor mortis horum juvenum pater ipse fuit.—Quot liberi sunt tibi?—Septem mihi sunt liberi.—Quid es tibi?—Domus est mihi.—Estne tibi vinum?—Vinum est mihi.—Nonne est tibi aqua?—Mihi est aqua, sed vinum non est mihi.—Quid est vobis?—Nihil est nobis.—Estne tibi equus tuus?—Equus meus est mihi.—Fuistine durus pater?—Durus pater fui.—Estne firma amicitia nostra?—Amicitia nostra firma semper erit.

56.

Nonne liberi dissĭmiles sunt parentibus?—Liberi dissĭmiles sunt sæpe parentibus.—Nonne domini sĭmilis est servus?—Servus domini simĭlis est.—Estne mors communis omni ætati?—Omni ætati mors est communis.—Estne fortitudo propria viri?—Viri propria est fortitudo.—Nonne ratio et oratio homini propriæ fuerunt?— Ratio et oratio homini propriæ fuerunt.—Fuitne Davus æqualis fratri suo?—Davus fratri suo æqualis fuit.—Num eadem est memoria hominum?—Memoria horum hominum non est eadem; non omnes homines iidem fuerunt.—Egone otiosus fui?

—Tu semper valde otiosus fuisti.—Nonne pater tuus durus fuerat?—Durus pater meus fuerat.—Fuerasne miles?—Miles fueram, sed nunc nauta sum.—Quis fuerat avidus gloriæ?—Rex fuerat avidus gloriæ.—Quando magna fuit Roma?—Roma urbs magna quondam fuit.

57.

Quot libri sunt tibi?—Tres mihi sunt libri.—Estne tibi liber?—Liber est mihi.—Quid est tibi?—Nihil est mihi.—Estne contentus avarus?—Avarus nunquam erit contentus.—Nonne eris amicus meus?—Semper ero amicus tuus.—Fuistine miser?—Valde miser semper fui.—Nonne imitatores semper fuerunt?—Imitatores semper fuerunt et semper erunt.—Tune amicus meus eris?—Si fuisti justus, semper ero amicus tuus.—Estne avaritia bona?—Avaritia semper erit fons omnis mali.—Nonne prōbitas grata est Deo?—Prōbitas grata est Deo.—Quis omnibus carus fuerat?—Pater meus omnibus carus fuerat.—Estne Deus mihi propitius?—Deus tibi erit propitius, si bonus es.—Nonne canis homini amicus est. —Canis homini amicus semper fuit.—Nonne aqua necessaria plantis fuerat?—Aqua necessaria plantis et agris fuerat.—Num labor utilis fuerat hominibus?—Non semper labor utilis fuerat hominibus.—Nonne mors terrībilis est improbis?—Mors est terrībilis improbis.

---

58.

**Leccion 27.ª**—Quis timidus est?—Hic homo timidus est, sed tu, nec timidus nec audax esto.—Nonne Deus erit nobis propitius?—Boni estote, Deus vobis erit propitius.—Nonne esses nauta?—Nisi essem miles, essem nauta,—Tune esses crudelis si miles esses?—Si essem miles, crudelis essem.—Nonne sumus diligentes?—Este valde diligentes, ut sitis beati.—Suntne justi omnes reges?—Utinam omnes reges essent justi!—Nonne lætus esses, si amicus essem tuus?—Si amicus esses meus, lætus essem.—Fraternĕ pauper esset nisi industrius esset?—Nisi frater esset industrius, valde pauper esset.—Num homo sapiens est piger?—Homo sapiens non est piger, si piger esset non esset sapiens.—Essentne homines beati, si semper pax esset?—Si semper pax esset, homines essent valde beati.

59.

Nonne sapientes sunt omnes homines?—Utinam omnes homines sapientes essent!—Quid optant boni reges?—Boni reges optant ut populi sui felices sint.—Num omnes homines apti sunt bello?—Non omnes homines apti sunt ad bellum. —Quis est propensus ad iram?—Hic puer: sed tu esto ad iram tardus, ad misericordiam pronus.—Estne ad morbos animus proclivis?—Animus ut corpus ad morbos proclivis est.—Quis erat ad omnes res aptus?—Davus erat ad omnes res aptus.—Nonne idoneus erat studio?—Idoneus ad studium erat, et proprius ad arma. —Nonne sumus parentum gaudium?—Si nos omnes semper essemus diligentes, parentum essemus gaudium.—Essentne homines felices, si rex esset bonus?—Si rex esset bonus, homines essent felices.

60.

Estne malus hic puer?—Hic puer est malus, sed tu bonus esto.—Num homines contenti sunt suā sorte?—Non omnes homines contenti sunt, sed sorte tuā esto contentus.—Quid optant parentes?—Parentes optant ut filii sui felices sint. —Essetne generosus frater tuus, si dives esset?—Si frater meus esset dives, esset generosus.—Quis fuerat dignus laudis?—Vir insignis virtutibus semper dignus laude fuerat.—Quæ naves onustæ frumento erant?—Naves meæ onustæ frumento erant.—Estne avarus contentus suā sorte.—Avarus nunquam contentus est suā sorte.—Estne Davus sapientiā præditus?—Davus summo ingenio et prudentiā præditus est.—Suntne atria regum hominibus plena?—Atria regum hominibus plena sunt, amicis vacua.—Estne veniā dignus humanus error?—Veniā dignus est humanus error.—Num pauper inops est amicis?—Non semper pauper inops amicis est.

---

61.

**Leccion 28.ª**—Num pigri homines sunt beati?—Pigri homines non sunt beati; estote diligentes, ut sitis beati.—Num pœna necessaria esset, si homo bonus esset?—Si nullus homo malus esset, pœna non esset necessaria.—Nonne omnes agri nostri sunt fertiles?—Si non essent fertiles, non essemus felices.—Suntne boni omnes liberi?—Utinam omnes liberi essent boni!—Estne prōdigus hic homo? —Ille homo prōdigus est, sed nec avari ne prōdigi simus.—Nonne dives fuisses, si fuisses prudens?—Si fuissem prudens, dives fuissem.—Num Davus esset exsul, si non superbus fuisset?—Si non superbus fuisset, non esset exsul ab urbe.—Quis dignus erit laude?—Judex qui semper justus fuerit.—Quid prodest?—Id prodest quod satis est, obest supervacuum.—Nonne inertia animis obfuit?—Inertia animis semper obfuit, industria profuit.—Quando amici nobis obsunt?—Amici aliquando nobis obsunt.

62.

Estne firma amicitia tua?—Si non fuisset firma, non fuissem beatus.—Ubi est Davus?—Davus hodie abest ab urbe.—Num Davus alienus a litteris erat?—Alienus a litteris non erat.—Nonne Terentius a plebe oriundus fuit.—Ab infima plebe oriundus erat.—Quis exsul ab urbe fuerat?—Tarquinius exsul ab urbe fuerat.—Quis minus fuisset miser?—Si tu fuisses valde industrius, minus fuisses miser.—Num est semper eadem fortuna hominis?—Fortuna hominis non semper est eadem. —Quando abfuimus?—Heri abfuistis, hodie adestis, cras aberitis.—Quid deest avaro?—Avaro omnia desunt, sapienti nihil.—Prosuntne improbi?—Improbi nec sibi nec aliis prosunt.—Nonne bona exempla prosunt?—Nobis bona exempla prosunt.—Quid nobis superest?—Virtus adhuc nobis superest.—Nonne inimici prosunt?—Inimici nobis aliquando prosunt.

---

63.

**Leccion 29.ª**—Estne doctus frater tuus?—Frater meus doctus est, sed vester doctior est.—Egone sum audacior quam tu?—Tu es audacior quam ego.—Suntne fratres nostri doctiores quam tui.—Fratres vestri doctiores sunt quam mei.—Nonne duces sapientes esse debent?—Duces sapientiores esse debent quam milites. —Estne rex senior quam regina?—Rex noster est senior quam regina nostra.—Estne longum scamnum?—Scamnum longius esse debet quam mensa, sed mensa est latior.—Nonne homines essent feliciores, si rex esset severior?—Si rex esset severior, boni homines essent feliciores et locupletiores.—Quis est omnino doctus? —Nemo tam doctus est, ut doctior esse non possit.—Suntne miseri homines locuplētes?—Homines locupletes sæpe sunt miseriores quam paupĕres.

64.

Estne leo animal forte?—Fortior est quam multa alia animalia.—Estne aurum pretiosum?—Aurum pretiosius est quam argentum.—Num est luna tam magna quam terra?—Luna non est tam magna quam terra.—Estne vita mea magis grata quam tua?—Vita tua magis grata est quam mea.—Estne carus ager sterilis?—Ager sterilis non est tam carus quam fertilis.—Quis vestrum suā sorte contentus est?—Nullus nostrum.—Estne doctus hic homo?—Hic homo doctissimus est.—Possuntne errāre homines sapientes?—Etiam sapientissimi homines errare possunt.—Num est omnino perfectus homo perfectissimus?—Homo perfectissimus non est omnino perfectus: Deus solus perfectus est.—Estne Deus sapientissimus?—Deus est sapientissimus, sanctissimus et potentissimus.—Suntne negotia mea difficilia?—Negotia tua difficiliora sunt quam mea.

65.

Estne pulchra soror tua?—Soror mea pulcherrima est.—Fuitne Cicero orator? Cicero fuit clarissimus Romanorum orator.—Quis potest esse miserior quam exsul. —Nemo potest esse miserior quam exsul.—Nonne noxium est mendacium?—Mendacium est valde noxium.—Estne aqua magis necessaria quam vinum?—Aqua

est magis necessaria quam vinum.—Nonne ventus minus necessarius est quam aqua?—Ventus non minus necessarius est quam aqua.—Estne bona mater tua?—Mater mea est valde bona.—Potestne esse beatus hic puer?—Hic puer potest esse valde beatus.—Quis est doctior?—Davus est doctissimus omnium.—Estne aquilo frigidissimus?—Aquilo ventorum frigidissimus est.—Fuitne Homerus clarissimus poeta?—Ex Græcis poetis clarissimus fuit Homerus.

---

66.

Leccion 30.—Nihilne est divinius ratione?—Nihil est in homine divinius ratione.—Estne lux sonitu velocior?—Lux sonitu velocior est.—Suntne fratres simillimi?—Fratres sæpe simillimi sunt moribus.—Num est facillimum vincere cupiditates?—Difficilius est vincĕre cupiditates quam hostes.—Estne terra major sole?—Sol multo major est terrā.—Estne corpus nobilius animo?—Animus corpore multo nobilior est.—Estne victoria melior quam pax?—Pax certa melior est quam sperata victoria.—Estne aurum vilius argento?—Vilius argentum est auro.—Quid pejor odio?—Simulatio pejor odio est.—Quid prestantius gloriā?—Scientia est prestantior gloriā.—Quid virtute amabilius?—Nihil est virtute amabilius.

67.

Nonne canis simillimus est lupo?—Canis simillimus est lupo.—Estne cedrus arbor altissima?—Cedrus est altissima arborum.—Estne crassissimus aer.—Eo crassior aer est, quo terris propior.—Estne amicitia certa?—Amicitia tanto est certior, quanto vetustior.—Nonne est gravis dolor tuus?—Eo gravior est meus dolor, quo culpa major.—Estne magnus equus?—Equus magnus est, camelus major, maximus elephas.—Estne aurum carius justitiā.—Justitia carior est auro.—Quid glacie frigidius?—Nihil est glacie frigidius.—Estne malus hic puer?—Hic puer est pessimus.—Quod tormentum majus invidiā?—Nullus tormentum majus invidiā.

68.

Quid virtute pulchrius?—Nihil virtute pulchrius est, nihil amabilius.—Estne amicum perdĕre damnorum maximum?—Amicum perdere est damnorum maximum.—Nonne graviora sunt quædam remedia periculis?—Graviora sunt quædam remedia periculis.—Estne aliquid velocius animo?—Nihil est animo velocius.—Quid nobis est dulcior patriā?—Nihil nobis est dulcius patriā.—Quid est simillimum vento?—Fortuna simillima vento est.—Quid magis est saxo durum?—Nihil magis est saxo durum.—Suntne profundissimi valles?—Quanto altiores montes, tanto profundiores sunt valles.—Estne bonum vinum vetustum?—Quo vetustius vinum, eo melius est.—Nonne Deo gratus est amor inimicorum?—Hoo Deo gratior est amor inimicorum quo difficilior est.

---

## VERBOS ATRIBUTIVOS.

69.

Leccion 31.—Amas-ne?—Amo.—Illenĕ amat?—Ille amat.—Quis amat?—Puer amat.—Nonne amant homines?—Homines amant.—Num amat improbus?—Improbus non amat.—Nonne amatis?—Amamus.—Quis debet?—Homo debet.—Nonne debetis?—Debemus.—Ecquis debet?—Nullus debet.—Mittisne?—Mitto.—Quis mittit?—Puella mittit.—Nonne mittitis?—Mittimus.—Venisne?—Venio.—Nonne venit mater?—Venit.—Quis nunc venit?—Davus nunc venit.—Illene venit?—Venit.—Num veniunt pueri?—Pueri non veniunt.—Quando veniunt?—Hodie veniunt.—Tunĕ cras venis?—Hodie venio, sed cras venire non possum.—Quis venit?—Frater meus venit.—Quando venit?—Perendie venit.—Quid legis?—Nihil lego.—Num debet Davus?—Non debet.—Numquid debent homines?—Nihil debent.—Amasne Davum?—Eum amo.—Davus amat te?—Davus me amat.

70.

Nunquid vides?—Nihil video.—Quid vides?—Librum video.—Mittisne aliquid?—Mitto.—Quid mittis?—Equum mitto.—Quisnam mittit?—Pater tuus mittit.—Quid mittit?—Litteras mittit.—Tune eas mittis?—Eas mitto. — Audisne?—Audio.—Quid auditis?—Nihil audimus.—Quis librum legit?—Nemo librum legit.—Quando eum legis?—Hodie eum lego.—Nonne litteras mittunt pueri?—Eas mittunt.—Legisne?—Lego.—Bene legit puer?—Puer bene legit.—Quid legit?—Lectionem legit.—Nonne audis?—Audio.—Num pueri audiunt?—Non audiunt.—Quis patrem amat?—Puella patrem amat.—Quem amas?—Matrem meam amo.—Nonne reges populos amant?—Boni reges populos suos amant.—Quem laudat magister?—Magister bonos pueros laudat, malos vituperat.—Quid narrat pater?—Fabulam narrat.—Quis timet?—Agricola feram timet.—Quid scribit Davus?—Davus epistolam scribit.—Quis portam aperit?—Ego portam aperio.

71.

Quid vides?—Pulchram regis coronam video.—Reperisne librum.—Librum reperio.—Quis laborem finit?—Ego laborem finio.—Estne facile amicos reperīre?—Veros amicos reperire difficile est.—Quid timetis?—Nihil timemus.—Quis mortem non timet?—Bonus homo mortem non timet.—Estne hominis mortem timēre?—Hominis est mortem timēre.—Nonne Deum amare debemus?—Omnes homines Deum amare debent.—Quis portam claudit?—Servus urbis portam claudit.—Quid quæris?—Libros et pennas quæro.—Quis vocem audit?—Pueri patris vocem audiunt.—Tunĕ hunc puerum amas?—Hunc puerum amo.—Quem amas?—Parentes meos amo.—Quem nos amamus?—Amicos nostros amamus.—Visne aliquid?—Nihil volo.—Quid optat pater tuus?—Equum emĕre optat.—Legitne librum?—Librum legit.—Quando eum legit?—De nocte.—Tunĕ scribis tantum quantum ego?—Ego plus quam tu scribo.

72.

Nonne flores amat apis?—Flores amat apis.—Num audentes fortuna juvat?—Non semper audentes fortuna juvat.—Ubi manēre debemus?—Tu et Davus in urbe manēre debetis.—Tune et Davus scribitis?—Ego et Davus epistolam scribimus.—Suntne omnia præclara rara?—Omnia præclara rara sunt.—Nonne labor omnia vincit.—Labor omnia vincit.—Quid otium docet?—Otium multa mala docet.—Quis est in mundo, qui omnia videt.—Est Deus in mundo, qui omnia videt.—Possumusne rerum cognoscĕre causas?—Non omnes possunt rerum cognoscĕre causas.—Veniuntne multi ad senectutem?—Pauci veniunt ad senectutem.—Estne sapiens beatus?—Sapiens beatus semper est.—Nonne liberi parentes suos amant?—Liberi qui parentes suos non amant, non sunt boni.—Quid timetis?—Nihil timemus.—Num homines mortem timent?—Boni homines mortem non timent.

---

73.

Leccion 32.—Quid damus?—Nihil damus.—Quid das mihi—Do tibi libros.—Numquid mihi promittis?—Nihil promitto tibi.—Promittisne mihi librum?—Tibi eum promitto.—Num librum suum promittit puer?—Eum non promittit.—Cui eum promittit?—Mihi eum promittit?—Quid tibi promittit hic homo?—Pecuniam mihi promittit.—Nonne epistolas mittit frater tuus?—Eas mittit.—Quas epistolas mittis?—Epistolas mitto quas ad amicos meos scribo.—Numquid boni vides?—Nihil boni video.—Videsne hortum meum?—Hortum tuum video.—Num naves meas videt nauta?—Eas non videt, sed nos eas videmus.—Quot arbores vides?—Plus quam viginti video.—Quid vis emĕre.—Paululum vini emĕre volo.—Quid vult emĕre amicus?—Panem emĕre vult. — Num vinum emit?—Id non emit.—Quid facis?—Scribo.—Quid scribis?—Epistolam scribo.—Ad quem scribis?—Ad matrem meam scribo.—Nonne scribit frater tuus?—Ad amicum suum scribit?—Quid comparas?—Hominem comparo cum homine.

74.

Quid dicis?—Nihil dico.—Dicit aliquid pater?—Aliquid dicit—Quid dicit?—Nescio.—Quid dicis huic puero?—Nihil dico huic puero.—Nunquid dicimus?—Nihil dicimus.—Quid pueris dicis?—Nihil dico illis.—Num exis?—Non exeo.—Quis exit?—Pater meus exit.—Quo it?—Ad hortum it.—Quam domum is?—Domum eo patris mei.—Quid legis?—Amici mei epistolam lego.—Legitne pater tuus?—Librum tuum legit.—Quid facitis?—Legimus.—Num legunt fratres tui?—Non legunt.—Num libros legis quos ego lego?—Quos tu legis non lego, sed quos pater meus legit.—Nonne noscis hunc hominem?—Eum nosco.—Num eum noscit amicus tuus?—Eum non noscit.—Nonne patrem tuum nosco?—Eum noscis sed matrem meam non noscis—Numquid debes?—Nihil debeo.—Quid debet homo?—Pecuniam debet mercatori.—Cui debes?—Nemini debeo.—Quid vestris parentibus debemus?—Reverentiam nostris parentibus debemus.

75.

Nonne noscitis sorores meas?—Eas noscimus.—Illæne vos noscunt?—Illæ nos noscunt.—Num aliquis te noscit?—Nemo noscit me.—Quis noscit te?—Magister me noscit.—Quid mihi nuntias?—Tibi patris tui adventum nuntio.—Numquid mittis mihi?—Nihil ad te mitto.—Nonne tibi pecuniam mittit pater tuus?—Eam mittit mihi.—Mittitne tibi plus pecuniæ quam mater tua?—Plus quam illa mittit mihi.—Quantum pecuniæ tibi mittit?—Multum pecuniæ mittit mihi.—Quando epistolas suas accipis?—Omnibus diebus eas accipio.—Venitne amicus tuus?—Venit.—Quam domum venit?—Domum meam venit.—Quando venit?—Hodie venit.—Quid commendas mihi?—Tibi amicum commendo.—Illene tibi commendat?—Commendat mihi.

76.

Quid emis?—Libros emo.—Emisne amplius libros quam pennas?—Amplius harum quam illorum emo.—Quot equos pater tuus emit.—Plus quam triginta emit.—Quid rumpit puer?—Nihil rumpit, sed fratres tui pocula rumpunt.—Negasne mihi debitum?—Tibi debitum nego.—Negatne Davus quod dicit?—Davus negat quod dicit.—Num negas notitiam?—Eam non nego, sed non credo.—Num illi veritatem negant?—Eam non negant.—Numquid debeo?—Nihil debes.—Tune tantum quantum Davus debes?—Ego minus quam ille debeo.—Num laboras tantum quantum frater tuus?—Non tantum quantum ille laboro.—Quas epistolas ad patrem tuum mittis?—Meas ei mitto.—Ad quem tuas vestes mittis?—Nemini eas mitto.—Quærisne aliquem?—Neminem quæro.—Quid quærit hic puer?—Librum suum quærit.

---

77.

**Leccion 33.**—Quid facis?—Spero.—Num sperat pater tuus?—Pater meus non sperat.—Nonne scribit frater tuus?—Scribit.—Quid scribit?—Epistolam scribit.—Quando scribit?—Vespere scribit.—Num domum emis?—Eam non emo; eam emĕre non possum.—Num librum legis?—Eum legere non possum, ægrotus sum.—Nonne fratres tui legunt?—Multum legunt.—Quidpiam petis?—Nihil peto.—Quid petit hic puer?—Pecuniam petit.—Quid petis?—Pennam á magistro peto.—Quis sperat?—Famulus sperat.—Num fratrem meum aliquis sperat?—Nemo eum sperat.—Sperasne quod optas?—Spero quod peto.—Speratne Davus quod petit?—Ille sperat quod tu, sed fratres sui (=eorum) quod sperant non accipiunt.—Quid sperant?—Libros suos (=eorum) accipĕre sperant.—Nonne pueri a magistro accipiunt quod eis promittit?—Pueri præmium assiduitatis suæ accipiunt.—Quid facit medicus?—Ille facit quod tu facis.—Quid facit domi suæ?—Legit.—Quid legit?—Patris tui librum legit.—Quid facit puer?—Discit.—Quid discit.—Legere discit.—Num scribere discit?—Scribere non discit.—Nonne fratres tui scribere discunt?—Legere et scribere discunt.

78.

Quid homo a te eripit?—Pennas a me eripit.—Quis libros a te eripit?—Ne-

mo eos a me eripit.—Quid a puero eripiunt?—Pennas ab eo eripiunt.—Quō tempore lectionem discis?—Vespere lectionem disco.—Emisne unum equum? —Duos bonos equos emo.—Num libros tuos rumpit puer?—Eos non rumpit. —Quid frater tuus facit?—Discit.—Quid discit?—A patre ejus lectionem discit. —Quis aquam haurit?—Famulus aquam e puteo haurit.—Nonne panem haurit? —Multum panis haurit.—Hauritne amplius panis quam vini?—Minus unius quam alterius haurit.—Petisne ab amico minus libros quam pennas?—Ab eo amplius harum quam illorum peto.—Quid petit a te?—Libros a me petit.—Nonne frater tuus lectionem audit?—Lectionem audit a magistro.—Nonne intelligit quod magister dicit?—Id quod dicit intelligit.—Quis intelligit quod tu dicis? —Omnes præter te intelligunt quod ego dico.

79.

Quis vestrum a me pennam petit?—Nullus nostrum a te pennam petit.—Quid petit a me amicus tuus?—Multos libros petit a te.—Nun libros legis quos ego lego?—Non lego quos tu legis, sed quos frater meus legit.—Num libros legere optas quos ego accipio?—Eos legere non opto, sed lego quos amicus meus legit. —Nonne Deum agnoscimus?—Deum agnoscimus ex operibus ejus.—Quid accipis?—A patre meo litteras accipio.—Nonne hortos emit pater tuus?—A Davo pater meus hortos emit.—Numquid ab amico speras?—Ab illo nihil boni spero. —Nonne magnam voluptatem accipis?—Magnam voluptatem ex tuis litteris accipio.—Videsne illum puerum?—Eum non video, sed ex voce agnosco.—Nonne a Deo tuam mercedem speras?—A Deo, non ab hominibus, meam mercedem spero. —Quis homini divitias dat?—Deus ei divitias et gloriam dat.—Qui solem e mundo tollunt?—Ii solem e mundo tollunt, qui e vitā amicitiam tollunt.

---

80.

Leccion 34.—Numquid discĕre optas?—Nihil discĕre opto.—Quid puer discere optat?—Sermonem latinum discere optat.—Quid mittit ad te pater tuus? —Pecuniam mittit ad me.—Nonne te induis?—Me veste induo.—Num pater tuus sibi vestem induit?—Pater meus sibi vestem non induit.—Nonne græcum sermonem discis?—Eum disco.—Num frater tuus gallicum sermonem discit? —Eum non discit.—Quis latinum sermonem discit?—Hic puer eum discit.—Nonne gallicum sermonem discimus?—Eum discimus.—Quid discitis?—Sermonem latinum et græcum discimus.—Docesne aliquem?—Puerum doceo.—Nonne magister discipulos instruit?—Eos in scientiis instruit?—Quis sermonem græcum docet?—Nemo sermonem græcum docet, sed latinum.—Quem librum vides?—Librum gallicum video.—Quos libros legit Davus?—Librum latinum legit.—Legisne aliquem librum?—Librum gallicum lego.

81.

Num hispani sunt hi homines?—Minime; Italici sunt.—Num gallicum sermonem scis?—Non vero, sed latine scribo.—Estne miles frater tuus?—Nihil minus. —Esne dux?—Non; medicus sum.—Esne insanus?—Non sum insanus. - Fraterne intus est?—Non est.—Venitne homo ad me?—Non.—Implesne hoc poculum?— Hoc poculum aquā impleo.—Num vino id imples?—Id implēre non possum.— Quid facit soror tua? — Caput suum floribus ornat. — Quando ejus filiam ornat? —Nocte eam floribus ornat.—Quid facit mane?— Ejus fratrem induit.—Quid in horto facit?—Aves frumento alit.—Nonne ibi flores carpit?—Ibi pulchros flores carpit.—Carpitne poma.—Pro floribus poma carpit.— Num pueri legunt?—Non legunt, sed scribunt.

82.

Quid donat tibi pater?—Mihi librum donat.—Loquerisne mihi?—Loquor tibi.—Num frater tuus loquitur mihi?—Tibi non loquitur.—Tune audis quod ego dico?—Audio.—Visne librum donare alicui?—Nolo.—Quid vis donare mihi?—Tibi equum donare volo (=te equo).—Quis suis inventis alios impertit?

—Davus suis inventis alios impertit.—Quis poculum suum implet?—Pater meus id implet.—Quid implent hi pueri? —Puteum implent lapidibus. —Num donas mihi librum latinum an gallicum?—Nec librum latinum nec gallicum tibi dono. —Num legis græcè?—Græcĕ non lego sed latinè.—Quem librum legit frater tuus? —Librum latinum legit.—Emisne panem an vinum?—Panem pistore (=a pistore) emo.—Quando eum emis?—Vespere.—Quomodo se defendit taurus?—Taurus se defendit cornibus, equus pedibus,—Quis se fraudat victu?—Avarus se fraudat suo victo.—Quis nominis sui gloriā terrarum orbem implet?—Alexander nominis sui gloriā terrarum orbem implet.—Nonne te afficio dolore?—Maximo dolore me afficis.

---

83.

Leccion 35.—Quid monet te pater tuus?—Adventum suum me monet.—Nonne amicos mones?—Eos moneo.—Docesne pueros?—Eos doceo.—Quid doces?—Grammaticam pueros doceo.—Nonne me celas?—Celo te de hoc homine. —Quis scelus suum celat?—Davus id celat. — Quid vis rogare me? —Te librum rogare volo.—Quis te pecuniam rogat?—Puer pecuniam rogat me.—Nonne effigiem monstras mihi?—Tibi puellæ effigiem monstro.—Quid monstrat tibi puella? —Effigiem ejus monstrat mihi.— Quis patri suo est gaudio? —Bonus filius patri suo est gaudio.—Estne magno malo hominibus avaritia?—Magno malo est hominibus avaritia.—Nonne pater liberis debet esse exemplo?—Pater liberis bono debet esse exemplo.—Nonne lilium ornamento est horto?—Lilium pulchro ornamento est horto.—Quid est miseris magno solatio?—Spes futuræ vitæ miseris magno est solatio.

84.

Num latinĕ scis.—Nescio, sed discere cogito.—Sciuntne pueri latinĕ legere? —Legere sciunt, sed non loqui.—Numquid scis?—Nihil scio.—Quid scit frater tuus?—Legere et scribere scit.—Num scit græcè?—Nescit.—Scitne latine?—Scit. —Num pueri græce sciunt? — Nesciunt, seddiscere cogitant. — Quid vendit hic homo?—Equos ejus vendit.—Nonne sermonem græcum studere cogitas?—Sermonem græcum studere cogito.—Quo is?—Ad hortum eo.—Quid nunc facere cogitas?—Egone? ad Davum eo.—Rogasne Deum bonam valetudinem?—Deum rogo bonam valetudinem animi deinde corporis.—Quis te frumentum flagitat?—Davus me frumentum flagitat.—Quid me poscitis?—Pacem te poscimus omnes. —Num me celas sermonem Davi?—Non te celo sermonem Davi —Num divitias Deum rogas?—Nunquam divitias Deum rogo.

85.

Visne aquam bibĕre?—Vinum bibĕre volo.—Numquid bibis?—Nihil bibo.—Num equus est tibi?—Non.—Quando equum emere cogitas?—Nunc.—Scisne epistolam scribere?—Epistolam scribere scio.—Potestne scribere puer?—Non potest. —Quo ducis me?—Ad hortum duco te.—Quo ducit te pater tuus?—Domum amicorum ejus.—Nonne famulus puerum ducit?—Eum ducit.—Quo eum ducit?—Ad scholam.—Quo hæc via ducit?—Hæc via ducit ad virtutem.—Vertisne mihi silentium ignaviæ?—Verto tibi silentium ignaviæ.—Num crimini mihi das meam fidem? Crimini tibi do tuam fidem.—Quis vitium mihi laudi ducit?—Davus vitium tibi laudi ducit.—Num lumen accendis? — Id non accendo. — Nonne lumen accendit famulus?—Id accendit. — Quid accendit puer? — Lucernam ex ara accendit.— Isne sæpe ad hortum? — Ad hortum sæpe eo. — Veniuntne sæpe ad te pueri?— Sæpe veniunt.—Tune scribis plus quam ego?—Plus quam tu scribo.

86.

Leccion 36.—Num bene lego?—Non legis bene.—Tune scribis?—Certe, scribo. —Videsne puerum?—Ita video.—Numquid vis?—Etiam.—Mene quæris?—Verum. —Num venit ille?—Minime,—Quo tempore venit?—Cras venit.—Possumne le-

gere?—Potes.—Rectene legis latine?—Recte latine lego.—Num me accusas?—Non te accuso.—Quem accusas?—Puerum ignaviæ accuso.—Nonne eum absolvis?—Erroris (=de errore) eum absolvo.—Num Davum damnas?—Minime.—Quis eum damnat?—Judex eum carceris damnat.—Quid facit puer?—Nihil facit.—Quid dicit?—Nihil dicit.—Nonne recte vertĕre incipio?—Optime vertere incipis.—Rectene loqui incipio?—Certe.—Quo is?—Ad te eo.—Potesne vertere plus quam ego?—Etiam.—Possumne laborare tantum quantum ille puer?—Tantum quantum ille laborare potes.

87.

Tune magistrum noscis quem ego nosco?—Eum nosco.—Quis pueros arguit?—Magister pueros arguit.—Quis Davum arguit?—Pater ejus ignaviæ arguit.—Ecquid dicis?—Nihil dico.—Estne tibi tantum vini quantum aquæ?—Mihi est plus unius quam alterius.—Accipisne pecuniam a patre tuo?—Accipio.—Quid accipit amicus tuus?—Nihil accipit.—Quid nos accipimus?—Libros nos accipimus.—Quid accipiunt illi pueri?—Bonum exemplum a patre accipiunt.—Quis Davum proditionis absolvit?—Judex Davum proditionis absolvit.—Nonne hunc hominem capĭtis damnant?—Hunc hominem capĭtis damnant.—Quis Davum insimulat audaciæ?—Pater meus Davum insimulat avaritiæ et audaciæ.—Nonne lupus arguit vulpem?—Lupus arguit vulpem furti crimine.

88.

Quando ad amicos scribere cogitas?—Hodie eos scribere cogito.—Nonne sermonen latinum discere incipis?—Etiam, eum discere incipio,—Potesne eum scribere?—Eum scribere possum.—Nonne induis tibi vestem (=te veste)?—Mihi vestem induo.—Quando ad patrem tuum litteras mittis?—Hodie.—Quis hanc epistolam scribit?—Egomet eam scribo.—Quis librum meum accipit?—Egomet librum tuum accipio.—Nihilne boni ab ingrato speras?—Ab ingrato nihil boni spero.—Quanti me æstimas?—Magni te æstimo.—Quis sapientiam parvi æstimat?—Indoctus sapientiam parvi æstimat.—Quid magni æstimas?—Veram virtutem magni æstimo.—Nonne avarus minoris facit doctrinam?—Avarus minoris facit doctrinam quam pecuniam.—A quo consilia petimus?—A sapienti viro.—Cui fortuna est simillima?—Vento.—Quanti virtutem æstimas?—Pluris quam omnia bona externa.

---

89.

**Leccion 37.**—Num agricola arabat?—Agricola non arabat.—Quid amabitis?—Patriam nostram amabamus.—Quos agros arabatis?—Agros nostros arabamus.—Quis patriam amabat?—Davus patriam suam amabat.—Quid laudabas?—Optimam regis pietatem laudabam.—Quis pueros docebat?—Magister pueros docebat.—Quid eos docebat?—Bona exempla eos docebat.—Nonne canis latrabat?—Canis timidus vehementius latrabat quam mordebat.—Nonne veteres multos Deos colebant?—Græci et Romani multos deos colebant.—Nonne Noemus colebat terram?—Noemus colebat terram et vitem serebat.—Quis scribebat?—Puer.—Quid scribebat?—Epistolam.—Ad quem scribebat?—Ad patrem.—Quomodo?—Manu sua epistolam scribebat.—Nonne servus epistolam aperiebat?—Eam manu sua aperiebat.—Quis portam aperiebat?—Servus portam domino aperiebat.

90.

Quid faciebas dum Romæ vivebas?—Studebam.—Quid studebas?—Historiam studebam.—Nonne sermonem latinum studebas?—Studebam.—Quando studebas?—Nocte dieque studebam.—Num amicum tuum in Roma videbas?—Minime; tunc ægrotus erat.—Quis pecuniam ad te mittebat?—Pater meus ad me eam mittebat.—Ad Capitolium ibas, dum ibi eras?—Ibam.—Nonne Romani artes colebant?—Scientias et artes colebant.—Erasne Romæ ubi erat Davus?—Ibi erat dum ille erat.—Num pater tuus Gadibus erat dum ibi eram?—Non erat.—Ubi erat?—Athenis erat.—Quis ambulabat?—Frater meus ambulabat ubi ego studebam.

—Quis maximi virtutem æstimabat?—Vir sapiens maximi virtutem æstimabat. —Quid anteponebat?—Gloriam pecuniæ anteponebat.—Num impii Deum donis placabant?—Impii Deum donis non placabant.

91.

Quid faciebas in schola?—Legere et scribere discebam.—Quis ferebat te ad scholam?—Famulus me ferebat.—Num juxta scholam ambulabas?—Ad scholam ibam, sed non ambulabam.—Rectene sciebas lectionem?—Eam recte sciebam. —Cur frater tuus non studebat?—Quia nolebat.—Cui præmium magister dabat? —Id nemini dabat.—Quid emebat pater tuus?—Nihil emebat.—Quis studiosus in schola erat?—Ducis filius studiosissimus erat.—Quis valde assiduus erat? —Davus valde assiduus erat.—Ubi pisces vivebant?—Pisces in aquā vivebant. —Nonne oculis cernimus?—Certe: oculis cernimus, audimus auribus, sentimus nervis.—Quomodo se defendebat aper?—Aper dentibus se defendebat.—Nonne honestum utili præferre debebamus?—Honestum utili semper præferre debebamus.

92.

Quis tibi libros dabat ubi studebas?—Unus ex amicis fratris tui.—Nonne domum meam ire optabas?—Domum fratris mei ire optabat.—Quid optabat puer? —Bonum equum emere optabat.—Quis vestrum studiosus erat?—Davus valde studiosus erat.—Nonne tibi erat annulus ex auro?—Annulus ex auro erat mihi. —Quid dicebat hic homo?—Plura mihi dicebat.—Nonne tibi veritatem dicebat? —Mihi veritatem dicebat.—Quid te monebat pater tuus?—Id me monebat quod te monebat.—Num tibi dabat quod mihi dabat?—Quod tibi dabat, mihi non dabat.—Num audiebas quod dicebat?—Id non audiebam.—Cur librum meum non legebas?—Eum non legebam quia ægrotus erat.

---

93.

**Leccion 38.**—Quando librum meum leges?—Cras librum tuum legam.—Quis accipiet mercedem?—Qui facit bonum accipiet mercedem.—Quis vestrum leget veteram historiam?—Nullus nostrum eam leget.—Quid non negligit pater?—Pater filii vocem non negligit.—Nonne sibi pecunia erit?—Verum.—Quis pecuniam tibi dabit.—Pater meus eam mihi dabit.—Ubi pecuniam tibi dabit?—Cras.—Finiesne alacriter?—Alacriter finiam.—Exietne hodie frater tuus?—Exiet.—Tune exies?—Exiam, si ille exit.—Amasne patrem tuum?—Eum amo, et semper amabo quia valde bonus est.—Nonne magister discipulos amabit?—Eos amabit si boni sunt.—Solve-sne quod debes?—Solv-am.—Amabisne amicum?—Eum amabo si ille me amat.—Nonne pater liberos ejus amabit?—Certe, si sunt studiosi, sin negligentes sunt, eos puniet.—Num pueri lectionem finient?—Eam alacriter finient.

94.

Quando filius tuus ad scholam ibit?—Cras ibit.—Veniesne domum meam? —Veniam.—Quando venies?—Dominicā die veniam.—Legesne librum fratris mei?—Eum legam.—Num hodie mecum venire potest?—Tecum ire hodie non possum, sed cras.—Erisne patri tuo obediens?—Ero.—Quid finies?—Nunc laborem meum finiam.—Quid aperiet Davus?—Davus epistolam manu sua aperiet.—Nonne vos erudietis pueros?—Nos præceptores, erudiemus pueros.—Quando librum meum leges?—Cras librum tuum legam.—Quis vestrum leget historiam?—Nullus nostrum.—Estne justitia necessaria?—Iis qui vendunt, emunt, conducunt, justitia necessaria est.—Videbisne matrem meam?—Matrem tuam videbo.—Quis domum ædificabit?—Pater meus domum ædificabit.—Nonne homines virtutem æstimabunt? —Omnes homines virtutem semper æstimabunt.

95.

Mittesne ad me librum?—Eum ad te mittam.—Quo tempore?—Hoc ipso die. —Solvesne homini quod debes?—Hodie solvam.—Nonne libros ad me mittun?

—Certe ad te eos mittunt.—Quo tempŏre?—Proximo mense.—Num mihi solvere potes?—Non possum quia pecunia non est mihi.—Nonne hodie patrem tuum videbis?—Videbo.—Ubi erit?—In foro.—Num erunt ibi amici tui?—Minime.—Ubi erunt?—In schola.—Quando litteras scribes?—Hac nocte.—Num puer lectionem finiet?—Eam non finiet, sed nos eam finiemus.—Cur eam non finiet?—Quia grammatica non est illi.—Quid Deus dicit hominibus?—Deus omnibus hominibus dicit: Non occidetis, non facietis furtum, non mendacium dicetis, non falsum testimonium proferetis adversus proximum vestrum, non concupiscetis res alterius.

---

96.

**Leccion 39.**—Quis mundum ædificavit?—Deus mundum ædificavit.—Audivitisne patris tui vocem?—Patris mei vocem audivi.—Quid pueri audiverant?—Pueri vocem magistri audiverant.—Quem timuisti?—Magnum leonem timui.—Quis mortem non timuit?—Sapiens mortem non timuit.—Quando per urbem ambulaveras?—Heri per urbem ambulaveram.—Quis pueros docuit?—Magister pueros docuit.—Tune factum meum probaveras?—Ego nunquam factum tuum probaveram.—Tunĕ historiam narraveras?—Ego bonam historiam narraveram.—Quis puerum sanaverat?—Medicus pueri morbum sanârat.—Num agricolæ leones timuerunt?—Agricolæ leones non timuerunt.—Quis filium tuum laudaverat?—Davus filium meum laudaverat.—Quis peccaverat?—Homo peccaverat.—Quis cantaverit?—Puella cantaverit.—Quid magni æstimaveras?—Veram virtutem magni æstimaveram.

97.

Quis agros araverat?—Agricola agros araverat.—Nonne leo pueros terruerit?—Leo pueros terruerit.—Quanti regis pietatem æstimavisti?—Magnam regis pietatem parvi æstimavi.—Quis vocem meam audiverat?—Davus vocem tuam audiverant.—Legistine librum?—Poetæ librum legi.—Quis agricola fuerat?—Pater meus agricola fuerat.—Quando epistolam legisti?—Heri epistolam legi.—Quis græcum imperium fundavit?—Alexander græcum imperium fundavit.—Quis potuit rerum cognoscere causas?—Nemo potuit rerum cognoscere causas.—Studuistine lectionem?—Certe; hodie studui.—Fuistine Romæ interdum?—Nunquam ibi fui.—Nonne scis latine legere?—Scio.—Estne adhuc pater tuus in horto?—Adhuc ibi est.—Ubi hodie fuisti?—In scholā fui.—Quid studuisti?—Lectionem meam studui.

98.

Quid vitavisti?—Culpam vitavi, non laudem merui.—Quis suos filios accusavit?—Brutus suos filios proditionis accusavit.—Vocavistine amicum?—Vocavi.—Quoties eum vocâsti?—Sæpe eum vocavi.—Vocavistine hos an illos?—Nec unos nec alios vocavi.—Nonne te vocavit pater?—Certe.—Quid amavistis?—Patriam nostram amavimus.—Quos agros aravistis?—Agros nostros aravimus.—Quis regis pietatem laudavit?—Pater meus magnam regis pietatem laudavit.—Ubi Phœnices habitavērunt?—Gadibus, in Hispania, Phœnices habitaverunt.—Quænam mater liberos suos non docuit?—Bonæ matres liberos suos semper docuerunt.—Quis vobis fabulas narraverat?—Magister nobis fabulas narraverat.—Nonne Deus verba nostra audivit?—Deus omnia verba nostra semper audivit.—Quis bene dormiverit?—Puella bene dormiverit.

---

99.

**Leccion 40.**—Quis epistolam scripsit?—Frater meus epistolam scripsit.—Nonne epistolam scripsisti?—Manu mea epistolam scripsi.—Num scripserat puer?—Puer non scripserat.—Quis libros tuos carpebat?—Servus libros meos carpebat.—Quis flores carpserat?—Soror mea flores carpserat.—Ubi puer rosas carpsit?—Puer rosas in horto carpsit.—Quos versus sculpserant?—Versus Horatii sculpserant.—Quid scripsisti?—Epistolam patri scripsi.—Quis flores carpsit?—Puellæ flores

meos carpserunt.—Nonne soror tua nupsit?—Soror mea Davo nupsit.—Quis nomina nostra sculpsit?—Nemo nomina vestra sculpsit.—Nonne litteras scripseras? —Litteras manu mea scripseram.—Quis portam clausit?—Servus portam clausit. —Quid divisit Davus?—Davus omnia in tres partes divisit.—Nonne librum misisti?—Librum ad patrem misi.

100.

Ubi epistolam scripsisti?—Epistolam Romæ scripsi.—Ubi luserant pueri? —Pueri in horto luserant.—Quid carpsisti?—Rosas in horto carpsi.—Estne facile flores carpĕre?—Facile est flores carpĕre.—Quis litteras ad regem miserat? —Ego litteras ad regem miseram.—Num glupsisti poma quæ in horto carpsimus? —Minime glupsi.—Quis pecuniam sumpsit a patre?—Hic puer pecuniam sumpsit á patre et inter pauperes eam distribuit.—Quis Gallias divisit?—Cæsar Gallias in tres partes divisit.—Nonne rex portas urbis clausit?—Rex portas urbis clausit hostibus.—Num utile est tempus amittere?—Nunquam utile est tempus amittere. —Quis leonem pinxit?—Frater meus leonem pinxit.—Nonne equites gladios strinxerunt?—Equites gladios strinxerunt.—Nonne poetæ pulchras finxerunt imagines? Poetæ pulchras finxerunt imagines.—Quid ramos arboris inflexit?—Onus ramos arboris inflexit.—Nonne servus cibum coxerat?—Servus cibum coxerat.

101.

Quis urbem muro cinxerat?—Rex urbem muro cinxerat.—Quid dixisti?— Nihil dixi.—Nonne Davus pueri culpam texit?—Davus pueri culpam mendacio texit.—Quid pater tuus dixerat?—Pater meus nihil dixerat.—Tune multa dixisti? —Ego multa dixi.—Estne servi cibum coquĕre?—Servi est cibum domino suo coquĕre.—Nonne aranea telam texit?—Aranea telam nexat et texit.—Nonne puer culpas suas simulatione texerat?—Culpas suas simulatione virtutis texerat.— Num faciem tuam pallio texeras?—Faciem meam pallio non texeram.—Quis Romæ vixit?—Pater meus biennium Romæ vixit.—Estne turpe fœdus rumpere?— Valde turpe est fœdus rumpere.—Quis Gallos vicit.—Cæsar Gallos vicit.—Nonne Galli fœdus ruperunt?—Galli fœdus ruperunt.—Quis carceris vincula rupit?—Fur. —Ubi Davus genu suum fregit?—Davus genu suum Romæ fregit.—Fregistine poculum tuum?—Minime; sed puer suum fregerat.—Ubi hodie fuisti?—In schola fui. —Quid fecisti?—Lectionem studui.—Accepistine epistolam?—Accepi.—Legistine librum?—Legi.—Nonne equum emisti?—Eum emi.—Quid heri fecisti?—Nihil heri feci.

---

102.

**Leccion 41.**—Nonne Deus bestiis motum dedit?—Deus bestiis motum et sensum dedit; hominibus rationem addidit.—Nonne pueri cucurrerant?—Pueri cucurrerant.—Quis cucurrit?—Homo per agros cucurrit.—Nonne lupus oves momorderat?—Lupus oves momorderat.—Quis oves totondit?—Pastor oves suas totondit.—Quis sensit aculeos?—Qui rosam tetigit, sensit aculeos.—Nonne rex leges dederat?—Rex populo suo leges dederat.—Quis manus tetendit ad cœlum? —Homo manus tetendit ad cœlum.—Nonne equum tuum vendidisti?—Equum meum vendidi.—Nonne Romani fædera pepigerunt?—Romani fædera cum hostibus pepigerunt.—Quis mendax est?—Qui non facit quod spopondit mendax est. —Quis tibi pecuniam dedit?—Nemo mihi pecuniam dedit.—Nemone mihi crediderit?—Nemo tibi crediderit.—Nonne hic homo stultos fefellit?—Stultos artibus suis fefellit, prudentes non fallet.

103.

Num bene legi?—Non bene legisti.—Nonne scripsisti?—Scripsi.—Vidistine puerum?—Vidi.—Num pater venit?—Non vero.—Ubi venit?—Cras venit.—Quid hodie fecisti?—Ut veni, epistolam scripsi.—Quid fecit pater tuus?—Ut ad amicum scripsit, exit.—Accepistine meas litteras?—Ut eas accepi, legi.—Nonne venerunt?—Ut venerunt, libros mihi dederunt.—Mene cognovisti?—Ut vidi te, cog-

novi te.—Num aquam gelidam bibisti?—Minime, sed vinum bibi.—Nonne laborem patris adjuvi?—Diligentia tua laborem patris valde adjuvit.—Quando remedium morbi reperero?—Cras remedium morbi repereris.—Nihilne adhuc solvisti? —Nihil adhuc solvi.—Vidistine patrem?—Patrem et matrem nondum vidi. —Nonne equum domuisti?—Equum calcāri domui et freno.—Quid jussisti?—Hoc vetui, illud jussi.—Num pauperes in molli cubili cubuerunt?—Multi pauperes nunquam in molli cubili cubuerunt.

104.

Nonne ver maria aperuit navigantibus?—Ver maria aperuit navigantibus.—Quis patriam e manibus hostium eripuit—Tu patriam e manibus hostium eripuisti.—Ubi cubuimus?—In molle gramine cubuimus.—Nonne fortuna lætitiam dolore admiscuit?—Sæpe fortuna lætitiam dolore admiscuit.—Nonne stella nulla cœlo micuit?—Nulla stella tuto cœlo micuit.—Nonne valles resonuerunt?—Colles vallesque pugnantium clamoribus resonuerunt.—Fricuistine corpus?—Corpus meum oleo fricui.—Quid decrevistis?—Decrevimus habitare in provinciā.—Num sprevisti munera á patre tuo.—Munera á patre meo non sprevi.—Num consilia spernis?—Consilia sua non sperno.—Quando quiesces a laboribus tuis?—Nunquam quiescam a laboribus meis.—Ubi pueri pascebant oves.—Pueri pascebant oves in saltibus.—Quis flevit de morte filii.—Pater flevit de morte filii.—Nonne has arbores sevisti?—Has arbores meā manu sevi.

---

105.

**Leccion 42.**—Quando pueri domum patris tui venerunt—Hodie venerunt.—Nonne amici tui venerunt?—Etiam venerunt?—Quando aquam bibisti?—Nunc aquam bibi.—Quid studes?—Sermonem latinum studeo.—Num matri tuæ placuisti?—Non placui.—Quis tibi favit?—Amici mihi faverunt.—Favesnĕ miseris. —Eis faveo.—Quos libros legisti?—Libros legi quos mihi dedisti.—Legistine quos tibi amicus dedit?—Legi.—Cui rerum natura paret?—Deo rerum natura paret.—Paruistine patri tuo?—Patri meo parui.—Cui apes parent?—Apes reginæ suæ parent.—Placetne mutatio pueris?—Mutatio pueris placet et senibus displicet.—Quid animo parere debet?—Corpus animo parere debet.—Quis inimicis ignoscit? —Christianus inimicis ignoscit.—Nonne judex nocentem damnat?—Judex nocentem damnat, rex ei ignoscit.—Estne insania somniis credere.—Somniis credere est insania.

106.

Ubi meus est liber?—Super mensam est.—Placuistine magistro?—Ei placui. —Scripsistine ad patrem tuum?—Heri ad eum scripsi.—Nonne ad medicum scripsisti?—Nunquam ad eum scripsi.—Scripsistine ad me?—Sæpe ad te scripsi. —Quid tibi scripsit pater?—Nihil mihi scripsit.—Estne liber super mensam?—Super mensam est.—Quoties ad te pater scripserat?—Duodecies ad me scripserat. —Vidistine filium meum?—Vidi.—Quo temporĕ eum vidisti?—Hodie.—Ubi eum vidisti?—In foro.—Succuristine pauperi.—Ei succuri.—Nonne huic homini benefecisti?—Ei benefeci.—Quis Deo servit?—Qui legibus obtemperat, Deo servit.—Quis bonis nocet?—Qui malis parcit bonis nocet.—Quis suo thesauro servit?—Avarus suo thesauro servit.

107.

Dedistine librum fratri meo?—Certe, dedi.—Nonne pecuniam ei dedisti?—Dedi.—Quantum pecuniæ ei dedisti?—Multum pecuniæ.—Visne mihi dare panem?—Eum dare tibi volo.—Venitne pater tuus?—Venit.—Quo tempore venit? —Hăc nocte.—Quā horā.—Satis mature.—Venitne maturius quam ego?—Maturius quam tu venit.—Nonne frater tuus legere discit?—Discit.—Num vertĕre didicit?—Non didicit.—Novistine quem ego nosco?—Eumdem hominem nosco quem tu novisti.—Invenistine libros?—Libros meos inveni sed tuos non invenio. —Ubi eos invenisti?—Super mensam.—Quis hominibus gratus est?—Qui Deo sa-

tisfacit, hominibus gratus est.—Quibus bellum nocet?—Bellum nocet agricolis et placet militibus.—Nonne patriæ vivere debemus?—Patriæ vivere debemus et amicis.

---

108.

**Leccion 43.**—Promittisne mihi domum venire?—Id tibi promitto.—Quid promisisti?—Nihil promisi.—Num pater tuus librum acceperat?—Eum non acceperat.—Nonne mihi das quod promisisti?—Nihil tibi promisi.—Quid pater tuus mihi promisit.—Equum mihi promisit.—Accepitne amicus multum pecuniæ?—Paululum pecuniæ accepit.—Quot pueri in collegio sunt?—Quinquaginta sunt.—Suntnĕ Hispaniā milites?—Sunt.—Estne in horto multum pomi?—Copia pomorum est.—Quis placet magistro?—Qui studet impense grammaticam placet magistro.—Quis legibus parere debet?—Omnis civis legibus parere debet.—Quibus mali favent?—Mali malis favent.—Nonne canis domūs est custos?—Canis domūs est custos; latrones allatrat.

109.

Cui librum dedisti?—Puero librum dedi.—Nonne jam legere scis?—Scio.—Rectenĕ legit frater tuus?—Male legit.—Quomodo pueri epistolas scripserunt.—Manu sua epistolas scripserunt.—Nonne latine vertis?—Recte latine verto.—Quomodo hi pueri verterunt?—Male verterunt.—Nonne magistri lectiones audivērunt?—Eas audivērunt.—Num me voca(vi)sti?—Non vocavi te, sed patrem tuum.—Quotum agis ætatis annum?—Duodecimum.—Quotum agit ætatis annum frater tuus?—Nondum agit sextum ætatis annum.—Estne æqualis tuus?—Æqualis est meus?—Quotum agit ætatis annum pater tuus?—Ætatis suæ annum agit jam quinquagesimum.—Suntne amici nostri juniores quam nos?—Illi sunt majores natū.

110.

Num librum meum legisti?—Adhuc non legi.—Mene intelligis?—Te intelligo.—Nonne puer intellexit nos?—Intellexit.—Intellexistine?—Ex tuis litteris intellexi.—Audisne strepitum?—Audio.—Audivistine venti sonitum?—Murmur fontis audivi.—Quid audis?—Murmur pluviæ audio.—Nonne canis nos allatravit?—Canis allatravit nos.—Num pennam tuam perdidisti?—Eam non perdidi.—Perdidistine librum?—Librum perdidi.—Fuistine in foro?—Minime.—Ubi mansisti?—In urbe mansi.—Nonne pater tuus exivit?—Cum amico suo exivit.—Fuitne Romæ?—Ibi fuit cum fratre meo. Perdidistine tantum pecuniæ quantum ego?—Plus quam tu perdidi.—Scisne tantum quantum Davus?—Minus quam ille scio.—Quot lectiones legisti?—Proxime decem legi.

---

111.

**Leccion 44.**—Cur non legis?—Non lego quia liber non est mihi.—Cur huic homini pecuniam dedisti?—Quia amicus est meus.—Cur frater tuus studet?—Studet quia sermonem latinum discere vult.—Cur hunc hominem diligis?—Eum diligo quia bonus est.—Legisne libros quos pater meus tibi dedit?—Lego.—Intellexistine?—Mediocriter intellexi.—Num famulus tuus ex foro rediit?—Adhuc non redīvit.—Quā horā frater tuus redit?—Horā secundā redit, sed pater meus horā quartā.—Quandiu fratri tuo abfuisti?—Diutissime abfui.—Num soror tua ab domo abfuit?—Non abfuit ab domo.—Quandiu abfuisti?—Trienium abfui.—Esne ruri?—Sum ruri.— Quis ruri agĕre vitam constituit?—Davus ruri agĕre vitam constituit?—Estne jucundum miseris succurrĕre.—Jucundum est miseris succurrĕre.

112.

Quandiu nobiscum esse cogitas?—Diutissime esse vobiscum cogito.—Quo tempore domum tuam redis?—Statim redīre cogito.—Quandiu hīc permansisti? Per mensem.—Quandiu cogitas ibi esse.—Per annum.—Quantum tibi debeo?—

Nihil mihi debes.—Quantum amico debes?—Multum ei debeo.—Quo ire debes? —Ad ludum cras ire debeo.—Nonne pater tuus hodie venire debet?—Certe.—Quo tempore famulus venire debet.—Statim venire debet.—Quo tempore filii tui ad agrum ire debent?—Vere ire debent.—Quo tempore redīre debent?—Hieme. —Quis inutilis est homo?—Qui sibi soli vivit, inutilis est homo.—Estne vita felici brevis?—Vita est misero longa, felici brevis.—Nonne cantus alaudæ jucundus est? —Cantus alaudæ agricolis jucundus est.—Nonne plantæ cum solis calore crescunt? —Sine solis calore plantæ crescĕre non possunt.

113.

Quo pater tuus ire debet?—Rus ire debet.—Ubi Davus vitam agit?—Davus rure vitam agit.—Nonne in urbe vitam agis?—In urbe vitam ago.—Num frater tuus rure vitam agebat?—Minime.—Ubi Davus vitam egit?—In domo fratris sui vitam egit.—Num amicus vivit ubi tu vitam agebas?—Jam non vivit, ubi ego vivebam.—Quo ire debes?—Ad agrum ire debeo.—Quo tempore arbores florent?—Vere arbores florent, æstate fruges maturescunt.—Quo tempore terra quiescit?—Terra quiescit hieme.—Quandiu Romulus regnavit?—Romulus septem et triginta regnavit annos.—Quæ animalia dormiunt hiemem?—Quædam animalia totam dormiunt hiemem.

---

114.

Leccion 45.—Quousque labora(vi)sti?—Quartam horam matutinam usque.—Quousque frater meus tecum fuit?—Noctem usque mecum fuit.—Quousque scripsisti?—Usque nunc scripsi.—Debetne frater meus tecum esse diutissime.—Diem jovis usque mecum esse debet.—Quandiu laborare debemus?—Diem martis usque laborare debetis.—Quousque sperare debeo?—Usque ad reditum patris mei sperare debeo.—Fecistine iter?—Iter feci.—Quousque pervenisti?—Ripam fluminis usque perveni.—Quousque puer pervenit?—Hucusque puer pervenit.—Excelluistine alicui?—Pluribus excellui.—Quis Davo (=Davum) antecedit?—Ego Davum antecedo.—Quid tibi nunc displicet?—Quod mihi antea arriserat, nunc vehementer displicet.

115.

Quorsum pervenisti?—Fontem versus perveni.—Quorsum pervenit pater? —Extremum nemoris versus pervenit.—Quo is?—Rus eo.—Quorsum imus?—Urbem versus imus.—Quantum perdidisti?—Cunctam pecuniam perdidi.—Num scis ubi pater meus est?—Nescio.—Nonne librum meum vidisti?—Eum vidi. —Nonne sedisti?—Sedi.—Ubi sedisti?—Juxta patrem meum sedi.—Quis sedit in horto?—Soror mea ibi sedit.—Nonne interdum iter facis?—Iter multoties facio. —Quo, hoc hieme, ire cogitas?—Romam ire cogito.—Nonne amici tui iter facere cogitant?—Hispaniā (=per Hispaniam iter facere cogitant.—Quo tempore iter facere cogitas?—Cras iter facere cogito.—Fuitne Romæ frater tuus?—Fuit. —Fecistine iter per Hispaniam?—Iter feci.

116.

Quousque hic homo venit?—Usque ad finem itineris venit.—Ubi est domus tua?—Urbe est.—Ubi heri fuisti?—In horto meo fui.—Quandiu ibi fuisti?—Duabus horis (=per duas horas) fui.—Estne mare supra terram?—Mare supra terram est.—Suntne omnia æterna?—Supra lunam sunt omnia æterna.—Fuistine in Italia?—Multoties fui.—Num Romæ pater tuus fuit.—Adhuc non fuit, sed per hanc æstatem ire cogitat.—Quandiu Davus Romæ vixit?—Annos duos Romæ vixit?—Quā iter fecit?—Iter fecit per Italiam.—Quandiu fuit consul?—Usque ad mediam noctem.—Concedesne amico quod te rogat?—Minime.—Quis peccat?—Is peccat, qui non obsistit injuriæ, si potest.—Num rebus meis intervenies?—Nunquam rebus tuis interveniam.—Quis cæteris pictoribus excellit?—Apelles cæteris pictoribus excellit.

---

117.

Leccion 46.—Estne opus tibi aliquid?—Opus est mihi consilio tuo.—Quid emere opus est tibi.—Opus est mihi emere panem.—Nonne aquā opus est tibi? —Opus est mihi aquā.—Quid facere debemus?—Opus est nobis laborare.—Quo ire opus est tibi?—Opus est mihi domum ire.—Quid eges?—Multum pecuniæ egeo.—Nonne eges epistolam scribere?—Egeo.—Estne tibi quod eges?—Jam est mihi quod egeo.—Num cares aliquā re?—Non careo.—Nonne tibi libros restituerunt?—Eos mihi restituerunt.—Quando tibi eos restituerunt?—Hodie.—Num eges plus?—Non plus egeo.—Quid eget sapiens?—Sapiens eget nullā re.—Nonne metallis plumbi Hispania scatet?—Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota Hispania scatet.

118.

A quo dona accepisti?—Ex patre meo accepi.—Jamne lectionem tuam legisti?—Adhuc eam non legi.—Unde venis?—Ex horto venio.—Unde amicus venit? —Roma venit.—Unde pater tuus venit?—Ex Italiā.—Unde hic homo redit?—Ex villā redit.—Quanti hoc est?—Viginti sestertiis.—Quanti erat equus tuus?—Equus meus pluris erat quam tuus.—Quanti hoc est?—Minoris est.—Estne solatium vacare culpā?—Vacare culpā magnum est solatium.—Quis divitiis affluebat? —Davus divitiis affluebat.—Quis prudentiā caret?—Adolescens prudentiā caret. —Tune quoque patriā cares?—Careo.—Nonne usus est prosperitate?—Magnā usus est prosperitate et valetudine.—Egetne homo consilio aliorum?—Quivis homo eget consilio et amicitia aliorum; Deus solus nullā re indiget.

119.

Num annulus tuus tanti est quanti mei?—Tanti non est.—Cur tanti quanti mei non est?—Quia tam venustus non est quam tuus.—Quanti hæc catena est?—Maximi est.—Visne hortum tuum vendere?—Eum vendere volo.—Quanti est?—Multum pecuniæ est.—Estne tibi quod egebas?—Id est mihi quod egebam.—Quid tibi defuit?—Mihi pennæ defuerunt.—Quo ire debeo?—Matritum (=ad) ire debes.—Quousque devenire opus est.—Devenire opus est usque ad Barcinonem.—Unde luna suam lucem accipit?—A sole.—Unde Cadmus litteras attŭlit?—Cadmus ex Phœnice in Græciam litteras attŭlit.—Quando veniet pater tuus?—Pater meus hodie ex Italia veniet.

---

120.

Leccion 47.—Nonne puer dormit?—Dormit.—Num dormivit pater?—Non dormivit, sed soror mea longum somnum dormivit.—Quis dormivit plus?—Ego usque ad horam septimam dormivi.—Quandiu frater tuus dormivit?—Usque ad horam decimam dormivit.—Quis dormit?—Ego dormio et cor meum vigilat.—Rectenĕ vivis?—Vitam beatam vivo.—Nonne vitam recte duxisti?—Vitam recte duxi.—Solvistine equum?—Eum solvi.—Nonne homo libros solvit?—Solvit.—Solvisne quod debes?—Id solvo quod debeo.—Rectene tibi solvit amicus?—Mihi bene solvit.—Implentne pueri munus suum?—Pueri munus suum implent.—Quomodo verto?—Bene vertis.—Implevistine munus tuum?—Munus meum implevi.—Nonne rosa habet aculeos?—Quo pulchrior est rosa, plures habet aculeos.

121.

Quid a me petis?—Nihil a te peto.—Quid ab homine petis?—Librum ab eo peto.—Ecquid puer a me petit?—Nihil a te petit.—Num sermonem latinum didicisti?—Didici.—Quandiu studuisti?—Per bimestrem studui.—Quota ætas est tibi?—Vix decem annorum est mihi.—Estne domi mater tua?—Minime: exivit. —Quā iter fecit pater tuus?—Per Hispaniam iter fecit.—Nonne ire cogitas illic? —Alacriter ire cogito.—Quousque frater est domi?—Usque ad meridiem.—Edistine?—Edi.—Quā horā edis?—Quartā horā edo.—Ubi edis?—Domo patris mei.—Scripsistine post me?—Post te scripsi.—Quo is?—Cum matre mea in templum eo.

122.

Quem quæris?—Hominem quæro quem mihi equum vendidit.—Quærisne aliquem?—Patrem meum quæro.—Quem quæsivit frater tuus?—Unum amicorum ejus quæsivit.—De quo quæris?—De Davo quæro.—Num super me quærunt?—Super te non quærunt, sed de me quærunt?—Quis futura ex præteritis providet?—Vir prudens futura ex præteritis providet.—Nonne humana contemnis?—Cœlestia semper specto, humana contemno.—Quis Moses fuit?—Vir magnæ auctoritatis fuit Moses.—Nonne Cæsar erat excelsā staturā.—Cæsar erat excelsā statura colore candido, nigris oculis, valetudine prospera. —Nonne pisces pedes habent?—Pisces pro pedibus pinnas habent.—Quis erat vir excellentis ingenii?—Seneca vir erat excellentis ingenii atque doctrinæ.

---

123.

Leccion 48.—Nonne mel gustaveras?—Id gustaveram.—Placuitne tibi?—Placuit.—Quod vinum gustaveras?—Patris mei vinum gustaveram.—Num vinum tibi placuerat?—Non multo mihi placuerat.—Cur tibi non placuerat?—Quia aquam mihi placuerat plus.—Placetne tibi patrem meum videre?—Mihi placet eum videre.—Cui scribere placuerat?—Fratri meo scribere placuerat.—Vidistine pueros qui student?—Pueros vidi qui student, sed eos qui ludunt non vidi.—Num frater tuus hominem viderat quem pecuniam mihi dedit?—Quem tibi pecuniam dedit non viderat.—Placetne tibi legĕre?—Mihi placet legĕre et scribere.—Quis ingratus est homo?—Ingratus est homo qui non beneficium reddit.—Estne maxima potentia Dei?—Potentia Dei qui creavit mundum est maxima.—Quid homines permovet?—Vita, mors, divitiæ, omnes homines permovent.

124.

Quid tibi placet?—Mihi placet quod (suple *id*) tibi placet.—Nonne lectionem memoriter discis?—Placet mihi lectionem memoriter discere.—Quoties scribes?—Bis duo (=quater) scribo.—Scribisnĕ toties quoties ego?—Sæpe minus quam tu scribo.—Cogitasne dare mihi librum?—Tibi dare librum cogito, si das mihi pennam.—Cogitasne mihi solvere quod mihi debes?—Tibi solvere cogito.—Quid emĕre cogitaveras?—Domum emere cogitaveram, sed pecunia non est mihi.—Quænam est tempestas?—Tenebricōsum est tempus.—Estne tempus frigidum?—Frigidum est tempus.—Num heri fueras in agro?—Non fueram.—Cur non fueras?—Quia turbida tempestas erat.—Nonne cras ire cogitas?—Cras ire cogito, si dies luculentus est.

125.

Num terra est sicca?—Non est sicca, sed humeda.—Nonne luna lucet nocte (per noctem).—Alienā luce luna lucet.—Lucetne virtus?—Virtus lucet in tenebris.—Super quo loquuntur hi homines?—De pulchritudine solis loquuntur.—De quo loquitur pater tuus?—De justitiā Dei loquitur.—Super quo loquitur magister?—De rebus mirificis cœli loquitur.—De quo loqueris?—De amico tuo loquor.—Nonne umbra terræ obscurat lunam?—Umbra terræ obscurat interdum lunam.—Nonne equites nostri audaciā excelluerunt?—In illo prœlio equites nostri audaciā et virtute excelluerunt.—Nonne sol omnia illustrat?—Sol illustrat omnia suā luce.

---

126.

Leccion 49.—Nonne exiverit pater tuus?—Fortasse exiverit.—Quis intraverit?—Nescio quis intraverit.—Nonne cras opus nostrum perfecerimus?—Id fortasse perfecerimus.—Num puer lectionem didicerit?—Adhuc eam non didicerit.—Num hodie ambulabimus?—Minime.—Cur?—Quia tota nocte pluit.—Visne domi meæ intrare?—Intrabo et vidēbo matrem tuam.—Visne sedēre?—Volo.—Sedesne in mensa?—Sedeo in sella.—Ubi est famulus?—In porta sederit.—Nihilne a te

alienum putas?—Homo sum et nihil a me alienum puto.—Nonne filium habes?—Filium unicum habeo: quid dixi! imo habui.—Numquid de filio meo audivisti?—Audivi.—Ubinam est?—Apud me.—Meus filius venit?—Sic est.—Nonne eum videre possum?—Potes.—Satis jam, pater durus fui.

127.

Quo tempore ad Galliam ibis?—Proximo mense.—Implevistine hoc poculum? — Id implevi. — Quo id implevisti. — Vino implevi. — Jamne pater tuus pervenit?—Pervenit: sed adhuc non vidi.—Visne hunc librum ferre?—Eum ferre volo.—Nonne homo ad puteum descendit?—Descendit.—Quis ad domum tuam ascendit?—Nemo.—Ascenditne puer?—Ascendit, sed jam descendit.—Num pecus ex monte descendit?—Adhuc non descendit.—Nonne equi currunt?—Equi currunt per silvas et agros.—Nonne cervus descendit?—Cervus descendit in vallem.—Quis frigus non sentiet?—Agricola frigus non sentiet.—Quousque naves pervenerunt?—Ad primam horam diei naves usque ad introïtum magni portūs pervenerunt.—Laudavistine hunc hominem an culpavisti?—Neque laudavi neque culpavi.

128.

Nonne pluvia e nubibus decidit?—Pluvia e nubibus in terram decidit.—Debemusne irasci vitiis?—Debemus irasci vitiis, non hominibus.—Ubi ranæ habitant?—Ranæ habitant in paludibus.—Ubi talpa habitat?—Talpa sub terrā habitat.—Estne proprium hominis ratio?—Ratio est proprium hominis.—Num sapiens potentium iras provocabit?—Sapiens nunquam potentium iras provocabit.—Nonne omnia initium habent?—Omnia initium habent, omnia pereunt, sola anima inmortalis est.—Num improbi tranquille dormire possunt?—Minime vero.—Quotā horā scholam petis?—Nonā.—Quotā horā templum petis?—Decimā.—Quot annos Romulus regnavit?—Septem et triginta annos.

---

129.

Leccion 50.—Optasne discĕre?—Recte stude.—Optasne divitias?—Labora.—Optasne esse felix?—Virtutem cole, a vitiis discedito.—Quando discedis?—Statim discedo.—Nonvis nunc discedere?—Non discedo.—Visne scire?—Historiam lege. Nonne studeo?—Stude.—Visne pennam?—Da mihi eam.—Nonne scribo?—Scribe.—Quid facio?—Fac quod tuum est facĕre: librum quære, stude.—Quando amici tui discedunt?—Mense proximo.—Nonne sum bonus?—Si vis esse bonus, Deum cole, parentes ama, rem tuam custodi.—Nonne multa discere vis?—Volo.—Discĕ bene linguam latinam et multa alia disces facilius.—Num portas claudo?—Portas ne claude.—Quid audire debeo?—Audi consilia sapientium.—Nimium ne crede colori. Cœlestia semper spectato, humana contemnito, nosce te ipsum.

130.

Quid facĕre debeo?—Fac quod tuum est facĕre.—Num pueros laudamus?—Pueros ne laudatote nimium.—Quid pueri facĕre debent?—Bonos libros legunto.—Nonne sum beatus?—Si vis beatus esse, impera libidines.—Quid tibi reddo?—Redde mihi libros meos.—Nonne memoriam exercĕre debemus?—Memoriam exercetote, et addiscitote quotidie aliquid.—Nunc dic tu: quæ res agitat te?—Nescio.—Nonne parentes amare debemus?—Parentes cole atque eorum voluntati pare.—Quid laudare debeo?—Lauda quod est dignum laude.—Quid Cicero dicebat?—Cicero dicebat: suspice in cœlum et Deum senties.—Quid optas?—Da mihi librum.—Num facio quod tu facis?—Fac quod tibi suadeo, non quod ipse facio.—Dic mihi: quando pater tuus venit?—Hodie venit.

131.

Cur homines non laborant?—Quia ægroti sunt.—Cur pater filium ejus punivit?—Eum punivit quia inobsequens est.—Num pater tuus te punivit?—Me non punivit quia do operam litteris.—Quis hunc hominem interfecit?—Latro eum in-

terfecit.—Quis Imperatorem interfecit?—Miles per insidias eum interfecit.—Quid ita hunc Senatorem interfecerunt. — Quia adversus rempublicam conjurabat.—Quot columbas necavisti?—Uno ictū duas necavi.—Quot sunt tibi columbæ?—Sunt mihi columbæ sex. —Ubi canis meus est?—Pone te est. — Nonne ad hortum eo?—I, sed alacriter rede.—Quid ita curris?—Quia jam advesperascit curro. —Quis pone nos currit?—Quidam homo pone nos currit.—Nonne patriam defendĕre debeo?—Ubi pericula imminent, armis defendito.

---

132.

**Leccion 51.**—Num verba ejus audivisti?—Verba ejus non audivi.—Num verba audivisti de hoc homine?—Verba de eo non audivi.—Quandiu est quod pater tuus venit?—Diu est quum venit.—Quandiu est quum hīc manes?—Annus est.—Quandiu est quum frater tuus Romæ manet?—Vix est viginti dierum.—Quandiu est quod lectionem perfecisti?—Hora est.—Quandiu est quod libros emisti?—Diu est quod eos emi.—Quandiu est quod frater tuus discessit?—Annus est.—Quandiu est quod latine discis?—Secundus mensis est quod disco.—Scisne jam latine loqui? Nondum, quia latine recte loqui arduum est.—Quandiu est quum latine discis?— —Triennium est quum disco.—Estne tibi bonum atramentum?—Cur id rogas?—Ut mihi des aliquantulum de superfluo.—Dic: quid est scholastĭcus sine calămo et atramento?—Quod miles sine clypeo et gladio.

133.

Ubi fratrem meum vidisti?—In templo.—Invenistine equos?—Inveni.—Ubi eos invenisti?—In monte.—Quā dux transivit?—Per Matritum transivit.—Quā transivisti?—Per Bæticam (=Bætica) transivi.—Quomodo tempus impendis?—Tempus studiis impendo.—Ubi pater tuus tempus impendit?—Rure tempus impendit.—Ubi heri edisti?—In domo patris mei edi.—Nonne bene tempus impendisti?—Tempus honeste impendi.—Quomodo puer pecuniam impendit?—Honestis rebus pecuniam impendit.—Quamdiu est quod me expectas?—Diu est quod te expecto.—Quid quæris?—Amisi librum.—Quem?—Grammaticam.—In scholane? —In schola.—Quo tempore?—Hoc ipso die.—Quæsivistine apud vicinos?—Etiam. —Estne turpe peccare?—Peccare humanum est, sed tu ne pecca, quia turpe est peccare.

---

134.

**Leccion 52.**—Cur ille homo fugit?—Fugit ut eum non videant.—A quō fugis? —A cane fugio, ut non me mordeat.—Dicesne ut famulus veniat?—Dicam ut cras veniat.—Dic ne veniat.—Quis pueros docet?—Davus docet pueros, ut sapĕre discant.—Quid agit homo?—Hoc agit ut se conservet.—Quid agis?—Hoc ago ut bene dormiam.—Num homines edunt ut vivant?—Non edunt ut vivant, sed vivunt ut edant.—Venietne hodie Davus?—Veniet, ut epistolam suā manu scribat.—Num portam claudo?—Portam ne claudas.—Quid cupis?—Cupio ut parentes ames.—Quid magister cupit?—Cupit ut parentibus tuis semper pareas.—Num credēmus quidquid audiamus?—Ne credamus quidquid audiamus; ne dicamus quidquid credamus.—Quis tacĕre debet?—Qui dedit beneficium taceat, narret qui accepit.

135.

Quod arcanum amicus tuus tibi confidit?—Tibi dicere non possum, quod mihi secreto cònfidit.—Quid cupis?—Cupio ut deponas apud me arcanum.—Quid tibi accidit?—Mihi malum accidit.—Nonne ad domum tuam cras eo?—Veni antequam e lecto surgam.—Nonne scribere cogitas?—Scribere cogito antequam pater meus veniat.—Quis ingenium suum noscere debet?—Quisque suum noscat ingenium. —Num vivimus ut edamus?—Edimus ut vivamus.—Nonne omnes patriam amamus?—Certe: amemus patriam, pareamus magistratibus, consulamus bonis, nutriamus pauperes.—Nonne veteres linguas discimus?—Veteres linguas discimus, ut judicium exerceamus, mentesque excolamus.

136.

Quid nos oras?—Vos oro ut attente verba mea audiatis.—Quid optas?—Opto ut puellæ legere discant.—Nonne speras ut pater tuus veniat?—Spero ut pater meus hodie veniat.—Num reprehendo errores aliorum?—Ne reprehendas errores aliorum, emenda potius tuos.—Nonne quisque conscientiam castam servare debet? —Conscientiam quisque suam castam servet.—Quid me oras?—Te oro ut me audias benevole, ne me interpelles.—Quid mihi suades?—Suadeo tibi ut miseris succurras.—Quid magister mihi suadet?—Tibi suadet ne miseris irrideas; forsan non semper eris felix.—Nonnè Deus imperat mari ut defervescat?—Deus imperat mari ut desfervescat, et mare defervescit.—Quid magister vult?—Magister jure vult ut discipuli attente audiant.

---

137.

**Leccion 53.**—Ubi melius tempus impenderes?—Rure id melius impenderem. —Ubi nunc tempus impendis?—Hodie tempus in villā impendo, sed melius id juxta matrem meam impenderem.—Quid emeres si tibi pecunia esset?—Librum emerem.—Quis accedit?—Homo accedit.—Nonne ad ignem accedis?—Apropinquarem si esset mihi frigus.—Quis prope ignem sedet?—Homo.—Quid cecidit?—Folia arboris ceciderunt.—Optasne ut pater tuus veniat?—Optarem ut alacriter veniret.—Nonne crebro venires si prope urbem maneres?—Si prope urbem manerem, omnibus diebus venirem.—Nonne vos oves duceretis?—Nos oves duceremus.—Venistine ut me videres?—Veni ut te viderem.—Nonne edebatis?—Edebamus ut vitam conservaremus.—Nonne hunc librum legimus?—Utinam omnes hunc librum legeretis et præcepta ejus animis imprimeretis.

138.

Nonne intelligeres quod tibi dicerem?—Intelligerem.—Frater tuus celeriter scribit?—Celeriter scribit atque legit.—Nonne lectionem sensim discis?—Eam celeriter disco.—Nonne lectiones discis tam celeriter quam ego?—Eas disco plus sensim quam tu.—Legistine libros quos emisti?—Eos legissem si latine discerem. —Emistine pennas?—Tot emi ut amplius emere non possum.—Visne epistolam scribere?—Adeo scripsi ut fessus sum.—Quando mihi librum dabis?—Nunc tibi darem si mihi esset.—Quis oves duceret?—Pastores oves ducerent.—Nonne edebas?—Edebam ut vitam conservarem.—Venerasne ut urbis portas clauderes?—Veneram ut urbis portas clauderem.—Quis de moribus nostris rideret?—Si viveret Cicero, multum de moribus nostris rideret.

139.

Quid ante senectutem curavisti?—Ante senectutem curavi ut bene viverem. —Venistine?—Veni ut Hispaniæ reginam viderem.—Nihilne petĕre possum?—Noli petĕre quod ipse negares; noli negare quod ipse peteres.—Nonne necesse est ut omnes laborent?—Necesse est ut quisque laboret.—Quid dux imperàrat?—Imperàrat suis militibus ut victis parcĕrent.—Quid cupiebas?—Cupiebam ut factum meum probares.—Nonne editis?—Edimus, ut vivamus, hoc est, ut vitam conservemus: at vos vivitis, ut edatis et bibatis.—Nonne hunc librum nobis dares? —Hunc librum vobis non darem, nisi scirem, quantum ex eo fructum pueri perciperent.—Nonne omnes mundi pulchritudinem agnoscunt?—Utinam omnes mundi pulchritudinem et ordinem agnoscerent!

---

140.

**Leccion 54.**—Nonne ad me libros misisti?—Quum legerim, eos ad te mittam. —Mitte eos ad me, etiamsi non legeris.—Ubi liber meus est?—Supra mensam.—Num est supra sellam?—Minime.—Transivistine prope domum meam?—Longe a domo tua transivi.—Quis prope te transivit?—Homo quem non nosco.—Nonne hic puer multo dedit operam litteris?—Satis dedit operam litteris.—Num dixisti

fratri ut descenderet?—Non.—Cur ei non dixisti?—Etiamsi ei dicerem non descenderet.—Quis somno se dedit?—Famulus somno se dedit.—Num fratrem tuum e somno excitas.—Non excito eum e somno.—Nonne mors omnes homines æquabit?—Mors æquabit quos pecunia separaverit.—Nonne deliberare debeo priusquam aliquid promittam?—Priusquam aliquid promittas, delibera, et, postquam promiseris, facito.

141.

Quā horā te induis?—Me induo septimā horā.—Quā horā nudas te?—Nudo me ut ceno.—Quā horā surgis.—Surgo ubi exito me e somno.—Cur tam in tempore surgis?—Fratres mei adeo crepita(ve)runt ut excitaverunt me e somno.—Quomodo puer se gerit?—Bene se gerit.—Quomodo tecum frater meus se gessit? —Recte se gessit, quia recte se omnibus gerit.—Quandiu est quod excita(vi)sti e somno?—Hora est quod excitavi e somno?—Quandiu est quod surrexisti?—Hora est quod surrexi.—Nonne tibi epistolam longiorem scripsi?—Si mihi epistolam longiorem scripsisses, animum voluptate majore affecisses.—Quis Davum in certamine superavisset?—Nemo eum in certamine superavisset.—Nonne id fecissent si diutius vixissent?—Si diutius vixissent, id fecissent.

142.

Quid emisses, si pecuniam habuisses?—Domum emissem.—Nonne ad agrum ivisses cum fratre meo?—Ivissem, si potuissem.—Nonne hodie epistolam meam accipĕre expectabas?—Eam accipere expectabam, eamque accepissem, si tu scripsisses.—Visne per meum, librum tuum permutare?—Volo.—Num equum tuum per meum permutavisses?—Eum non permutavissem.—Mutavistine vultum?—Vultum mutavi.—Quid sapientis est?—Sapientis est mutare consilium.—Nondum migravisti?—Jam migravissem si domum invenissem.—Num rebus meis intervenis?—Rebus tuis non intervenio, sed meis.—Quid nobis narrabis?—Narrabo vobis quid audiverim.—Quomodo odia multorum vitavissem?—Si libidines domuisses, odia multorum vitavisses.—Quid vobis narrabo?—Narrabis nobis quid videris.—Nonne mihi pecuniam dedisses?—Nisi tu me rogasses ut totam tibi darem pecuniam, partem ejus dedissem ali.

---

143.

**Leccion 55.**—Nonne Davus fundum tibi dedisset? — Si diutius vixisset fundum mihi dedisset.—Nonne periculum vitâssem, si expectavissem?—Si quintum diem expectavisses, periculum vitâsses.—Num fratrem tuum agnovisses?—Nunquam eum agnovissem.—Nonne te agnovit?—Statim me agnovit.—Quandiu est eum non vides?—Annus est.—Nonne hunc hominem agnovisti?—Tamdiu est quod eum non video, ut non agnovissem.—Jamne exivit hic juvenis?—Adhuc non exivit.—Fraterne tuus exivit?—Jam exivissem, sed ægrotus est.—Quid ita humi jaces?—Quia scamnum non inveni.—Quis hic jacet?—Soror mea hic jacet. —Num virtus pecuniā emitur?—Virtus pecuniā non emitur.—Nonne jus humanum auro emitur?—Jus humanum nonnunquam auro emitur.—Quanti Josephus venditus est?—Viginti Summis argenti venditus est.

144.

Num dubitas quod tibi dico?—Id non dubito.—Dubitasne quod hic homo dixit?—Dubito, quia sæpe veritatem non dixit.—Emistine equum?—Emi.—Quanti emisti?—Duobus mille nummis argenti emi.— Quanti hanc mensam emisti? —Viginti nummis argenti.— Quid ita puerum magister pœnā affēcit?—Eum pœnā affēcit quia librum rupit.—Quid hodie fecisti?—Horā septimā surrexi, veste mihi indui, operam litteris dedi per horam, ludumque ivi.—Ubi nunc vitam ducis?—Gadibus vitam duco.—Fuistine diu moratus Matriti?—Viginti dierum moratus fui.—Quandiu Barcinone moratus fuisti?—Mensis (*suple* spatium). —Visne fratri meo loqui?—Opto ei loqui, sed de me jocatur.—Cur de te jocatur? —De me jocatur quia maledico.—Num maledixisti mihi?—Non tibi maledixi.

145.

Quomodo vales?—Recte valeo.—Valesne?—Corpus valet, sed crumena ægrotat.—Rectene vales?—Valeo.—Si vales, gaudeo, ego quoque valeo.—Ut vales? —Melius mihi est. —Venistine salvus? — Salvus veni. — Si salvus venisti, bene est.—Quandiu est quod amicum non vides?—Quatriduum est.—Valetne?—Recte valet.—Salve, mi frater.—Et tu frater.—O pater, pater mi, salve.—Salve, mi fili, salve.—Salve, mi amice: valesne, valuistine?—Valeo et valui rectius.—Vale. —Et tu.—Da operam ut valeas, hoc mihi gratius facĕre nihil potes.—Vale.—Et tu, frater.—Cura si me amas ut valeas.—Vale, mi optime frater.—Valetudinem tuam cura diligenter.—Salutem dic Davo meo nomine.—Quis salutat me?—Davus te salutat.—Quis mihi salutem dicit?—Davus tibi salutem plurimam dicit.

---

## VERBOS PASIVOS.

146.

**Leccion 56.**—Nonne amor?—Amaris.—A quo amor?—Amaris á patre tuo.—Nonne ratio hominem vincit? —Homo ratione vincitur. —Num miles fortis terretur?—Miles fortis non terretur.—Num hostes terrent milites?—Milites non terrentur ab hostibus.—Quomodo annus dividitur?—Annus dividitur in ver, et æstatem et autumnum et hiemem.—Nonne nos laudamur?—Vos laudamini, sed pueri pigri puniuntur.—Quid tempus lenit?—Dolor lenitur tempore.—Quis laudatur a patre?—Filius bonus laudatur, improbus vituperatur.—Num ego ab aliis impellor?—Tu non ab aliis impelleris, sed tua te impellit libido.—Num cervi in Africa inveniuntur?—In Africa nec apri, nec ursi, nec cervi inveniuntur.—Nonne Deus mundum administrat?—Providentiā Dei mundus administratur.

147.

Quomodo divitiæ augentur?—Divitiæ augentur labore.—Nonne ventus arborem movet?—Arbor movetur vento, homines moventur cupiditatibus.—Nonne terra movetur?—Terra quotannis circum solem movetur.—Quis a pueris docetur?—Nos a pueris docemur, docemini vos a puellis.—Nonne diligor ab amicis?—Ab amicis diligĕris, a civibus coleris, ab hostibus patriæ timēris.—Nonne dolor oblivione lenitur?—Dolor tempore et oblivione lenitur.—Num sæpe in mari thesauri inveniuntur?—Non semper in mari thesauri inveniuntur.—Nonne ager aratur?—Ager aratur et occatur, ut fruges inde meliores proveniant.—Nonne tempora mutantur?—Tempora mutantur et nos mutamur in illis.—Quis facile decipitur?—Is facile decipitur, qui facile credit.

148.

Quomodo dolores leniuntur?—Dolores leniuntur tempore.—Quando frumenta quædam seruntur?—Frumenta quædam mense Septembri aut Octobri seruntur.—Quis a præceptore laudatur.—Discipulus laudatur a præceptore quia est diligens.—Quando portæ urbis clauduntur?—Sub vesperum portæ urbis clauduntur.—Nonne planetæ moventur?—Planetæ circum solem moventur.—Tune magis laudaris quam vituperaris?—Ego magis laudor quam vituperor.—Num leges ab improbis servantur?—Leges ab improbis nunquam servantur.—Nonne aves terrentur?—Aves terrentur sonitu.—Nonne pietas filii a parentibus magni estimatur.—Pietas filii a parentibus magni extimatur.

---

149.

**Leccion 57.**—Num omnis ager fert fruges?—Non omnis ager, qui seritur, fert fruges.—Quomodo feræ domantur.—Feræ domantur fame atque verberibus.—Quanti luscinia candida Romæ venit?—Luscinia candida sex sestertiis Romæ venit.—Quando finitur labor agricolæ.—Finitur labor agricŏlæ mense Novembri aut Decembri.—Nonne parentes liberos amant?—Liberi a parentibus amantur.—Num deformitate corporis fœdatur animus?—Non deformitate corporis fœdatur animus.

sed pulchritudine animi corpus ornatur.—Estne Deus cujus numen adoramus?—Est Deus cujus numen adoramus, cui paremus et a quo conservamur.—Visne a malis laudari?—Malo vituperari a malis quam laudari.—Ubi commodius vivitur?—Nusquam commodius vivitur quam domi.—Num potest semper jucunde vivi?—Non potest jucunde vivi, nisi cum virtute vivatur.

150.

Nonne ego exspectabar?—Per totam diem exspectabaris.—Nonne signa conspiciebantur?—Hostium signa conspiciebantur.—Quando color lusciniarum mutabatur?—Color lusciniarum autumno mutabatur.—Nonne populi latini agros colebant?—Agri colebantur a populis latinis.—A quo domus ædificabatur?—Domus a servo ædificabatur.—Num sine causā excusabar?—Non magnā sine causa excusabāris.—Quando amici probantur?—Amici probantur rebus adversis.—Nonne leges ab improbis violabantur?—Semper leges ab improbis violabantur.—Quo tempore mortui cremabantur?—Apud Romanos mortui plerumque cremabantur.—Quis proditionis accusabatur?—Davus proditionis accusabatur.

151.

Nonne stulta consilia negligentur?—Stulta consilia negligentur aut rejicientur.—Num miles terrebitur ab hoste?—Miles fortis non terrebitur ab hoste.—A quo leges violabuntur?—Leges ab improbis violabuntur.—Nonne tempòra mutabuntur?—Tempora mutabuntur et nos mutabimur in illis.—Egone laudabor?—Tu, discipule, laudābere; vos, vituperābimini.—Nonne prata floribus ornabuntur?—Prata et agri pulcherrimis floribus ornabuntur.—Num precibus meis commovēbĕris?—Precibus tuis non commovebor.—Quando hic labor difficillimus finietur?—Cras finietur?—A quo impugnābimini?—Ab adversariis impugnābimur.—Nonne oppidum expugnabitur?—Hoc oppidum brevi tempore expugnabitur.—Nonne diligor ab amicis?—In hac bona viā si permanseris, ab amicis diligĕris et a civibus magni æstimābĕris.

---

152.

**Leccion 58.**—Num animal punis?—Animal non a me sed ab illo puero punitur.—Quis puniebatur?—Puer a magistro puniebatur.—Nonne Davus exulat?—Davus per regem exulat.—Quis exulabit per prætorem?—Quidam homo exulabit per prætorem.—A quo filius tuus vapulabit?—Filius meus vapulabit a me.—Nonne sæpe admonēbor?—Sæpe admonēbĕris, ut iras discas compescĕre.—Nonne a bonis diligēmini?—A bonis omnibus diligemur, si bonis moribus excellemus.—Tune operā mea adjuvāberis?—Ego operā tuā maxime adjuvabor.—A quo docēbor?—A præceptoribus docēberis.—Nonne ab amicis deseremur, si omnia pecuniæ postposuerimus?—Si omnia pecuniæ postposueritis, ab amicis deserēmini.

153.

Quid nobis suades?—Vobis suadeo, ut Deum precētis.—Quis pœna liberābĭtur?—Qui ad obsequium redierit, culpa liberator.—Quem legem Solon sanxerat?—Solon hanc legem sanxerat: Qui in bello occubuerint, publice sepeliuntor.—Quæ lex Romæ erat?—Romæ lex erat his verbis scripta: Nemo in urbe sepelitor neve uritor.—Estne fabulosa hæc narratio?—Hæc narratio adeo est fabulosa ut a nullo credatur.—Nonne ab improbis discedo?—Discedito ab improbis ne pravitate eorum inficiaris.—Num verbis speciosis decipieris?—Non sum tam imprudens ut verbis speciosis decipiar.—Quid mihi suades?—Ab improbis ne corrumpitor, neve flagitiis eorum contaminator; sorte tua esto contentus, ut inter sapientes numereris.

154.

Quid rex imperaverat?—Rex imperaverat ut in custodia tenereris.—Nonne ego ab omnibus laudarer?—Tu, si officium tuum semper præstares, ab omnibus laudarēris.—Nonne ad me cucurrisses?—Nisi pedum doloribus cruciarer ad te cucurrissem.—Nunquamne de inconstanciā fortunæ admoneremur?—Si semper bonis cumularemur unquam de inconstanciā fortunæ admoneremur.—Nunquamne

de vicissitudinibus fortunæ cogitamus?—Quam multis malis liberaremini, si mature de vicissitudinibus fortunæ cogitaretis!—Feriam, anne feriar?—Ferīrĕ.—Quid est proprium amicitiæ?—Monēre et monēri, proprium est veræ amicitiæ.—A quo amamur?—A fratribus nostris amamur.—Quando sparguntur semina frugum?—Primo tempore veris sparguntur semina frugum.

---

155.

**Leccion 59.**—Nonne tibi placet iter facĕre?—Mihi placet iter facĕre.—Rectene Matriti vivitur?—Male vivitur.—Cupisne iter facĕre Hispaniā?—Hispaniā iter facĕre cupio.—Num tibi placet iter pedibus facĕre.—Mihi displicet iter pedibus facĕre.—Num pedibus ire vis?—Pedibus ire nolo, quia fessus sum.—Num ab illis laudatus fui?—Non laudatus fuisti, imo vituperatus.—Quid ita vituperatus fui?—Quia recte non das operam litteris.—Quid facis per noctem?—Postquam edo, laboro.—Quo tempore das operam litteris?—Postquam scribo.—Rectene hīc dormitur?—Male dormitur.—Quid facis ubi scribis?—Ubi scribo exeo, sed paulo post redeo.—A quo omnia constituta sunt?—A Deo omnia facta et constituta sunt.—Cur vituperamur?—Vituperamur quia non æstimamur.—Quid hominem vicit.—Homo victus fuit vi veritatis.—Cur hi pueri laudati fuerunt?—Laudati fuerunt quia diligentes sunt.—Fraterne tuus punitus erit?—Forsitan penitus fuerit quia lectionem non sciebat.—Nonne laudati erimus a parentibus nostris?—Forsitan ab iis laudati fuerimus.

156.

A quo mundus creatus est?—Mundus creatus est á Deo.—Nonne Græci a Romanis superati sunt?—Græci a Romanis bello superati sunt: sed non tam facile superati essent si concordes fuissent.—Unde milites expulsi sunt?—Milites ex silvis expulsi sunt.—A quo recte docti essemus?—A magistro recte docti essemus.—Estne mulier creata á Deo?—Mulier creata est, animalia creata sunt a Deo.—Quid metuis?—Metuo nē in hoc negocio falsā spe decepti sitis.—Quid a Deo institutum est?—A Deo institutum est, ut vita hominis non hoc terrestri curriculo terminetur.—Quid ad aures tuas pervenerat?—Pervenerat ad aures meas quantā calamitate afflictus esses.—Nonne mali homines accusantur?—Mali homines accusantur et si convicti sunt, damnantur.

157.

A quo interrogatus fuisti?—Nemo est a quo non sim interrogatus, quomodo e tanto periculo servatus sim.—Quomodo captivi apud Romanos venierunt?—Captivi apud Romanos sub hasta venierunt.—Nonne binæ a Deo hominibus datæ sunt aures?—Binæ a Deo hominibus datæ sunt aures, ora autem singula ut plus audirent quam loquerentur.—A quo leges semper servantur?—A bonis civibus leges semper servantur et semper servatæ sunt.—Nonne a præceptoribus eruditi estis?—A præceptoribus eruditi, a parentibus educati sumus.—Qui suspiciosi evadunt?—Ii suspiciosi evadunt, qui sæpe decepti sunt.—A quo Tyrus obsessa est?—Tyrus ab Alexandro obsessa est.—Quot urbes a Scipione sunt deletæ?—Duæ urbes potentissimæ, Carthago atque Numantia, a Scipione sunt deletæ.

---

158.

**Leccion 60.**—Num pueros vides quibus flores dedi?—Non video quibus flores dedisti, sed quos magister punivit.—Cui pecuniam dedisti?—Pecuniam dedi homini cujus frater venit.—Num epistolam scripsisti?—Penna non est mihi, quā de causā eam scribere non potui.—Num lectionem studes?—Liber non est mihi, qua de causā eam studere non possum.—Num pater tuus exivit?—Ægrotus est, quā de causā hodie exire non potuit.—Emistine domum de qua tibi locutus sum?—Pecunia non est mihi quā de causā eam emĕre non potui.—Vidistine hominem ā quo litteras accepisti?—Eum vidi.—Vidistine equum quem emi?—Vidi.—Quis libros emit quos vendidisti?—Homo cujus filius heri vidisti.—Quibus librum dedisti?—Eum hominibus dedi quibus equum vendidisti.—Quem hominen nunc vides?—Video hominem cujus famulus speculum rupit.—Quem invenisti?—Patrem inveni cujus filius amicus est meus.

159.

Cui gratias agis?—Amico meo gratias ago.—Rediistine in gratiam cum patre tuo?—Cum eo in gratiam jam redii.—Estne alius locus hōc puchrior?—Juxta urbem est.—Quid longitudinis hæc mensa patet?—Sex pedes.—Fines Helvetiorum in longitudinem millia passuum ducenta quadraginta patebant.—Quantum abest Neapolis a Vesuvio?—Neapolis a Vesuvio monte sex milliaria abest.—Ubi Atticus sepultus est?—Atticus sepultus est juxta viam Appiam ad quintum lapidem.—Quantum abest campus ab oppido?—Campus abest ab oppido circiter millia pasuum decem.—Nonne Pompeius major fuit Cicerone?—Pompeius biennio major fuit Cicerone.—Ubi Saguntum sita fuit?—Civitas ea sita fuit passus mille ferme a mari.

160.

Num domus tua longe hinc abest.—Non longe abest.—Quantum hic locus ex urbe abest?—Hic locus tantumodo abest quadraginta passuum.—Quæ altitudo est?—Sex pedibus altitudinis est.—Quæ altitudo est mensæ?—Duobus pedibus altitudinis est.—Fraterne tuus major te natū est?—Major me natū est.—Estne longus Hellespontus?—Hellespontus quadraginta stadia longus est.—Nonne navis a Noemo ædificata longe fuit?—Navis a Noemo ædificata trecentos cubitos longa, quinquaginta lata, triginta alta fuit.—Estne Februarius brevior cæteris mensibus?—Februarius biduo aut triduo brevior est cæteris mensibus.—Quis erat major Davo?—Hic puer quatuor annis major erat Davo. —Num major te sum?—Duobus digitis major me non es.

---

## VERBOS DEPONENTES.

161.

Leccion 61. — Quis Deum imitatur?— Qui dat beneficia imitatur Deum.—Nonne pueros hortamini?—Pueros semper hortamur ut bonos mores imitentur malos aversentur.—Quæ animalia aversantur diem?—Aversantur diem splendidum nocturna animalia.—Videsne meliora?—Video meliora, proboque, deteriora sequor.—Nonne bonos imitari debeo?—Bonos imitare, infirmos tuere, senes reverere.—Nonne suos quisque debet tueri?—Suos quisque debet tueri.—Quid dux decrevit?—Dux decrevit in prœlio vincĕre aut mori.—Quis suam patriam defendĕre conabatur?—Cato suam patriam amabat, atque eam defendere conabatur.—Quis totam Græciam subjicĕre conatus est?—Philippus, Macedonum rex totam Græciam suo imperio subjicĕreconatus est.—Nonne frater et soror reversi sunt?—Frater et soror qui profecti erant, reversi sunt.

162.

Num medici omnibus morbis mederi possunt?—Medici omnibus morbis mederi non possunt.—Nonne lupus ovibus insidiatur?—Lupus ovibus canis leporibus insidiantur.—Quis nos non amat?—Qui nobis adulatur, nos non amat.—Canisne domino blanditur?—Canis domino blanditur ac furibus minatur.—Nonne nefas est irasci patriæ?—Nefas est irasci patriæ.—Quid medetur animo?—Medetur animo virtus.—Nonne divitiis multi male utuntur.—Divittiis, beneficiis multi male utuntur.—Quis de miserā vitā potest gloriari?—Nemo potest gloriari.—Nonne boni sempiternā vitā fruentur?—Boni, post mortem, sempiternā vitā fruentur.—Num vita, quā nunc fruimur, sempiterna est?—Non vero.

163.

Nonne armis utimini?—Armis et equis utimur.—Quid pueri discere debent?—Pueri omnibus vitæ officiis fungi discant.—Quis beatus est?—Beatus est qui omnibus vitæ officiis fungitur.—Num homines optimis rebus abutuntur?—Non semper homines optimis rebus abutuntur.—Nonne pater felicitate suorum liberorum lætatur?—Certe lætatur, et eorum famā gloriatur, eorum honoribus fruitur.—Nonne omnes sunt divites?—Divites sunt omnes, qui cœlo et terrā frui possunt.—Eratne Diogenes felicior quam Xerxes?—Diogenes, qui in dolio habitabat, qui oleribus vescebatur, qui nullis fruebatur voluptatibus, felicior erat quam Xerxes,

qui imperio Persarum potiebatur.—Quis universo Persarum imperio potitus est? Alexander Magnus.—Nonne Roma orbe terrarum potita est?—Roma penè toto orbe terrarum potita est.

---

164.

**Leccion 62.** Meministine vivorum?—Vivorum memini, nec mortuorum oblivisci posum.—Quis injuriæ obliviscitur?—Vir bonus injuriæ facile obliviscitur, sed beneficii semper recordatur.—Num hominis est injurias meminisse?—Non est generosi animi injurias meminisse.—Quis novos amicos parat?—Davus novos amicos parat et veterum obliviscitur.—Nonne animus futura prævidet?—Animus meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet.—Quid est propium stultitiæ?—Aliorum vitia cernĕre, oblivisci suorum.—Improbusne homo flagitiorum suorum recordabitur?—Aliquando cum dolore flagitiorum suorum recordabitur.—Nonne memineris?—De omnibus rebus meminero.—Nonne recordāri debeo?—Sæpe recordare, quid Deo quid parentibus debeas.

165.

Nonne Deus nostrī miseretur?—Deus nostrī miseretur, aliorum misereamur.—Miseremur illorum qui in calamitatem decidunt.—Nonne Deus miserebitur mei?—Miserēre pauperum, ut olim Deus misereatur tui.—Nonne canis adulator hero?—Canis adulator hero; furibus minatur.—Nonne canis vestigia ferarum scrutatur?—Canis vestigia ferarum scrutatur et persequitur.—Nihilne ego obliviscor?—Tu nihil oblivisci soles præter injurias.—Quam vocem sturni imitantur?—Sturni humanum vocem imitantur.—Quid te consolabitur?—Inocentia mea me consolabitur.—Nonne omnes moriemur?—Omnes moriemur alii citius, alii serius.—Num oculi mentiuntur?—Non semper oculi mentiuntur.

166.

Nonne apri sibi medentur?—Apri in morbis sibi medentur hederā.—Nonne boni bonis auxiliabuntur?—Boni bonis semper auxiliabuntur.—Tenĕ sequor?—Sequere me: in bellum proficiscamur.—Sequar, et pro patria pugnabo.—Si ita Deo placuerit pro patriā moriamur: dulce et decorum est pro patriā mori—Nonne Deus omnia tuetur?—Deus tuetur et moderatur res omnium hominum.—Estne operæ pretium miseros consolāri?—Certe: consolamini miseros; hortamini pavidos: auxiliamini laborantibus?—Num homines fortuna metīmur?—Homines virtute metīmur, non fortuna.

167.

Quis bonos imitabitur?—Bonus bonos imitabitur eorumque vestigia sequetur.—Quibus adversabimur?—Adversabimur illis qui mala reipublicæ minentur.—Erasne in timore?—In temore eram, ne in imici vobis insidiarentur. Vererisne ne nobis insidientur?—Vereor magnopore ne improbi vobis insidientur.—Nonne pueros hortamini?—Pueros hortamur, ut malos mores fugiant et aversentur.—Quid medetur vulneribus?—Tempus omnibus medetur vulneribus.—Nonne homines amicitiam mentiuntur?—Sæpe homines amicitiam mentiuntur et verbis adulantur.—Quis non inter pessimos numerabitur?—Qui magnos homines æmulatus fuerit, non inter pessimos numerabitur.

---

## DEL SUPINO.

168.

**Leccion 63.**—Quorsum is?—Eo cubitum.—Cur venisti?—Te visum veni.—Estne jucundum visu?—Jucundum est visu atque auditu.—Nonne sum dignus amatu?—Dignus es amatu ab omnibus.—Quid est difficile quæsitu?—Scientia est difficilis quæsitu.—Nonne gallinæ eunt cubitum?—Gallinæ cum sole eunt cubitum.—Num multi veniunt adjutum amicos?—Multi veniunt salutatum amicos: pauci

vero adjutum eos.—Venitne puer?—Puer venit te auditum.—Quo Davus ivit?—Davus venatum ivit.—Nonne pueri venatum iverunt?—Iverunt.—Quis Romam venit petitum pacem?—Legatus venit petitum pacem.—Nonne fugis quidquid est turpe?—Fugio quidquid est turpe dictu atque auditu.

169.

Quod est optimum, facillimum est factu?—Quod facillimum est factu id non semper est optimum.—Quid jucundum est auditu?—Nihil tam jucundum est lectu atque auditu quam sapientibus sententiis ornata oratio.—Qui legatos ad Cæsarem miserunt?—Galli legatos ad Cæsarem miserunt rogatum auxilium.—Num victi mittunt legatos pacem petitum?—Victi, non victores, mittunt legatos pacem petitum.—Nonne venerunt ludos spectatum?—Spectatum ludos venerunt.—Quis revocatus est?—Hannibal patriam defensum revocatus est.—Nonne nefas est quod inhonestum est factu?—Nefas est dictu quod inhonestum est factu.—Quis filiam nuptum dedit?—Augustus filiam nuptum dedit Marcello.—Vidistine tabulam?—Vidi: tabula est visu digna.—Quis facilis est deceptu?—Homo credulus facilis est deceptu.

170.

Estne gratum temporis per noctem impendere in horto?—Gratum est temporis ibi impendere.—Quando ibitis in horto?—Hodie ibimus.—Num pluit?—Diu est quod non pluit.—Nonne nunc pluit?—Forsitan: ventus flat vehementer: jam tonat; audisne?—Audio, sed procella adhuc longe abest.—Non tam longe abest.—O Deus! ut pluit!—Tune ingredi illam domum ausus es?—Quo nunc ibimus?—Quorsum iter faciemus?—Exiamus!—Ego fessus sum.—Sedebimus in umbra hujus arboris.—Hic mecum potest hanc noctem requiescere, fronde super viridi.—Sunt nobis mitia poma et copia lactis pressi.—Jam procul villarum culmina fumant et umbræ cadunt de montibus altis.

---

## DE LOS PARTICIPIOS.

171.

**Leccion 64.**—Quid est visu jucundum?—Arbor florens jucunda est visu.—Estne difficilis inventu sincerus amicus?—Rarus et inventu difficilis est sincerus et constans amicus.—Quis bonus civis est?—Civis servans semper leges bonus est.—Estne Davus virtutis amans?—Davus virtutis est amans.—Vidistine ægrotum?—Vidi ægrotum cubantem.—Quid audivisti?—Audivi fistulam pastoris ducentis oves.—Estne perniciosa frigida potio?—Sudanti frigida potio perniciosa est.—Nonne medici prosunt?—Medici medentes morbis prosunt generi humano.—Num laboranti tempus est longum?—Laboranti nullum tempus est longum.—Estne gratior potio sitienti?—Esurienti gratior est cibus, potio sitienti.—Quid gallus reperit?—Gallus escam quærens margaritam reperit.—Eritne puer obediens?—Puer jussis vestris obediens erit.

172.

Ubi Davum vidisti?—Davum vidi in bibliotheca sedentem.—Quid est senectus?—Senectus semper est operosa.—Nunquam animus est sine metu?—Male agentis animus nunquam est sine metu.—Nonne leo rugit?—Leo esuriens rugit.—Ubi Davus cecidit?—Davus in pugnā cecidit arma contra patriam ferens.—Credesne facile?—Vera dicentibus facile credam.—Nonne galli diem nuntiant?—Galli diem venientem cantu nuntiant.—Quis de divina providentia dubitabit?—Nemo, cunctam intuens terram, de divinā providentiā dubitabit.—Decerpsistine hæc poma?—Hæc poma sedens decerpsi.—Quis est qui totum diem jacŭlans, non aliquando collineet?—Nemo est.—Nihilne affirmas?—Nihil affirmo, dubitans plerumque, et mihi ipse diffidens.

173.

Num oculus se videt?—Oculus, se non videns, alia videt.—Num scripta mea flagitare audes?—Scripta tua, jam diu exspectans, flagitare non audeo.—Ubi ludentes pueros deprehenditis?—In via publica ludentes pueros deprehendimus.—

Leo escam quæritans, conspexit equum pascentem in prato, et tentavit illum dolo capĕre.—Salve, inquit, frater! Ego sum medicus: si laboras aliquo morbo, utere operā meā et brevi sanus eris.—Equus videt insidias hostis callidi, et, simulans morbum, ait:—Pes dolet graviter mihi: inspice, quæso, vulnus et medicinam admove.—Leo accedit; at equus impegit calcem medico, eique frontem extrivit.—Sæpe decipitur qui vult decipĕre.

174.

**Leccion 65.**—Suntne leones innoxii?—Leones satiati innoxii sunt.—Estne puer doctus?—Puer doctus est linguam latinam.—Num tempus reparari potest?—Amissum tempus nemo reparare potest.—Quo tempore surrexisti?—Precatus Deum surrexi.—Nonne Davus profectus est?—Amplexus patrem profectus est.—Quo tempore natus est Augustus?—Cicerone consule natus est Augustus.—Num sitientes bibimus?—Sæpe non sitientes bibimus.—Quo tempore natus est Christus?—Imperante Augusto natus est Christus.—Quis regno expoliatus est?—Cræsus á Cyro victus, regno expoliatus est.—Nonne truncus perit?—Radice succisā, truncus perit.—Quomodo regnum occepit?—Non petens regnum accepit.

175.

Ubi Dionysius pueros docebat?—Dionysius, Siracūsis expulsus, Corinthi pueros docebat.—Num elephantes nocent?—Elephantes nemini nocent, nisi lacessiti.—Nonne venisses?—Admonitus venissem.—Ubi pueros docebis?—Romā expulsus Carthagine pueros docebo.—Nonne stellæ vobis parvæ videntur?—Stellæ nobis parvæ videntur, inmenso intervallo a nobis disjunctæ.—Num Davus venit?—Ad cænam vocatus, nondum venit.—Quomodo Troja deleta est?—Troja equi lignei ope capta, incendio deleta est.—Abiitne Davus?—Scripta epistola, abiit.—Nonne Romani duos consules creaverunt?—Tarquinio superbo Romā expulso, pro rege duos consules creaverunt.

176.

Nonne homines libros vituperant?—Multi homines vituperant libros non intellectos.—Nonne disciputi tacēre debent?—Preceptore loquente, taceant discipuli.—Ubi est Davus?—Pecuniā aceptā, profectus est.—Cur venit?—A patre tuo admonitus, domum tuam venit.—Nonne felix es?—Mē juvenē felicior eram.—Nonne quiescētis?—Dificillimo hoc labore confecto, quiescemus.—Jamne reviviscis?—Dolore paulo ante cruciatus jam quasi revivisco.—A quo laudaberis?—Ab aliis vituperatus, a te laudabor.—Cuidam adolescenti, unguentis delibutum caput habenti, inquit Diogenes: *Vide ne bonus capitis odor, malum vitæ tuæ ac famæ odorem afferat.*—Thales interrogatus, quid esset Deus?—*Quod*, inquit, *caret initio et fine.*

177.

**Leccion 66.**—Nonne tempus leniturum dolores?—Tempus leniturum dolores.—Viniesne ludos spectaturus?—Veniam ludos spectaturus.—Nonne lecturus es?—Lecturus sum aliquid.—Venitne agricola?—Agricola venit sparsurus semina.—Estne futura utilis patriæ militum virtus.—Militum virtus futura est utilis regi et patriæ.—Quis exercitum deducturus fuit?—Imperator exercitum deducturus fuit.—Unde Cicero fugiturus erat?—Cicero fugiturus erat ex Italia.—Quando pater tuus rediturus est?—Nescio quando pater meus in urbem rediturus sit.—Num scis quando soror tua reditura sit?—Nescio quando soror mea reditura sit.—Quis urbem reliquit?—Catilina urbem reliquit, mox cum pluribus rediturus.—Nonne ad me scripturus eras?—Ad te scripturus eram.

178.

Nonne Alexander in Asiam contendit?—Alexander in Asiam contendit, regnum Persarum occupaturus.—Laudatne sapiens semper bona?—Sapiens bona semper placitura laudat.—Nonne pii homines ad felicitatem pervenient?—Pii homines ad felicitatem perpetuo duraturam pervenient.—Suntne hæ divitiæ certæ?—

Hæ sunt divitiæ certæ, semper permansuræ.—Nonne Roma futura fuit opulentissima?—Roma futura fuit opulentissima.—Nonne scipio in Africam trajecit?—Scipio in Africam trajecit, Carthaginem deleturus.—Quis hodie venturus est?—Pater meus venturus est.—Quis pecuniam daturus est tibi?—Nemo pecuniam daturus est mihi.—Nonne equum empturus es?—Cras eum empturus sum.—Nonne puer hortulum est culturus?—Puer hortulum suum est culturus.

179.

Num frater tuus hodie venturus est?—Non venturus est hodie, sed crastino die erit venturus.—Qui amicos suos est laudaturus, cautus esto; eodem modo, qui inimicos suos vituperare vult, cautus esse debet.—Et laudantes et vituperantes justi sunto.—Rediitne Cæsar Romam?—Cæsar Romam rediit, copias quam maximas comparaturus.—Abiitne Davus?—Patrem suum consulturus abiit.—Quoniam vita nostra tam brevis est, enitamur ut quam maxime diuturnam nostri memoriam relinquamus.—Ingurtha adversus Romanos quam maximas potuit armavit copias.—Esne amicus reipublicæ?—Tam sum amicus reipublicæ, quam qui maxime.

---

180.

**Leccion 67.**—Estne veritas laudanda?—Veritas est laudanda, sed mendacium est vituperandum.—Suntne pueri laudandi?—Pueri sunt laudandi: puellæ sunt laudandæ.—Nonne diligentia adhibenda est?—Diligentia, in omnibus rebus, adhibenda est.—Num error stultitia est dicenda? —Non omnis error stultitia est dicenda.—Estne amici mei pietas laudanda?—Amici tui pietas laudanda est.—Quomodo beneficia danda sunt?—Tacite beneficia danda sunt.—Nonne virtus colenda est nobis?—Virtus colenda est nobis.—Num rex bellicosus est laudandus?—Non est laudandus, si autem bellum est necessarium, bellum ipsum non est vituperandum.—Nonne serendum est?—Etiam post malam segetem serendum est.—Quid lex jubet?—Lex jubet ea quæ facienda sunt.

181.

Nonne amici mihi sunt eligendi?—Amici tibi sunt eligendi.—Estne discendum?—Etiam seni discendum est.—Quomodo injuriæ tolerandæ sunt nobis?—Injuriæ patienter tolerandæ sunt vobis.—Numquid sine ratione faciendum est?—Nihil sine ratione faciendum est.—Quid nobis vitandum est?—Nobis vitanda est suspicio.—Nonne orandum est?—Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.—Quando tibi moriendum est?—Nemo scit, quando sibi moriendum sit.—Nonne pugnandum est?—Pugnandum est ut vitam conservemus.—Quid maximi æstimandum est?—Vera animi magnitudo maximi æstimanda est.—Nonne Davus Romæ erat manendus?—Romæ totam hiemem erat manendus.

182.

Nonne adulator vituperanda laudat?—Adulator aut laudat vituperanda, aut vituperat laudanda.—Nonne pleraque labore paranda sunt?—In vitā humanā pleraque, labore et studio paranda sunt.—Quæ inimicitiæ magis timendæ sunt?—Occultæ inimicitiæ magis timendæ sunt quam apertæ.—Vir quidam, postquam cibos multo sale et pipere conditos sumpsisset, mediā nocte lecto exsurgens, magnā voce exclamavit:—Ad ignem! ad ignem!—His clamoribus, vicini accurrerunt, ac quærentibus ubinam arderet:—In gulā meā, respondit, in gulā meā!—Apud Pythagoram discipulis per quinque annos tacendum erat.

---

## DE LOS GERUNDIOS.

183.

**Leccion 68.**—Quid est sapientia?—Sapientia est ars bene vivendi.—Quid est cupidus discendi?—Diligens discipulus cupidus est multa discendi.—Nonne apum prudentiam imitari debemus?—In agendo apum prudentiam imitari debemus.—Estne homo cupidus videndi?—Homo est cupidus nova semper videndi.—Num

venisti ad ludendum?—Ad discendum veni, non ad ludendum.—Suntne omnes homines dicendo idonei?—Multi homines audiendo magis sunt idonei, quam dicendo.—Quomodo hominis mens alitur?—Hominis mens dicendo alitur.—Quomodo prospere omnia cedunt?—Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt.—Licurgi leges laboribus erudiunt juventutem venando, currendo, esuriendo, algendo, æstuando.

184.

Quis est tam scribendo impiger quam tu?—Davus est plus scribendo impiger quam ego.—Quid est parsimonia?—Parsimonia est scientia supervacuos sumptus vitandi.—Nonne homines studiosi sunt nova videndi?—Plerique homines studiosi sunt nova videndi audiendique.—Qui sunt veri nostri amici?—Qui nos a peccando avocant, ii sunt veri nostri amici.—Estne inutilis charta emporetica?—Charta emporetica inutilis est scribendo.—Estne longum breve tempus ætatis?—Breve tempus ætatis satis est longum bene beatèque vivendum.—Cui est similis dives avarus?—Dives avarus similis est homini equum possidenti, sed equitandi ignaro.—Nonne homo natus est ad intelligendum?—Ut equus natus est ad cursum, bos ad arandum, canis ad venandum, sic homo natus est ad intelligendum et ad agendum.

185.

Estne lectio necessaria?—Est lectio necessaria: alit enim ingenium et cogitando inveniendoque animum fatigatum reficit.—Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus. Apes debemus imitari, quæ ducunt succum ex floribus ad mel faciendum idoneis.—Lectio certa prodest, varia delectat.—Qui vult pervenire quo destinavit, unam sequatur viam, non per plures vagetur.—Quid hodie in ludo fecisti?—Nihil; magister locutus est.—De quo locutus est?—De Deo.—Quid dixit?—Deus, inquit, cœlum terramque creavit intra sex dies, lucem fecit et eduxit e terra plantas et arbores; solem fecit et lunam et stellas; aves quæ volitant in aëre et pisces qui natant in aquis: fecit omnia animantia, postremò hominem et die septimo quievit.—Debemus colere Deum.—Cultus Dei optimus est, ut veneremur semper eum, mente pura, integra, incorrupta.—Deus habet locum nullum in terra gratiorem animā purā.

---

186.

**Leccion 69.**—Nonne libri inserviunt?—Libri inserviunt acquirendo eruditionem (=acquirendæ eruditioni.)— Esne cupidus scribendi epistolam?—Cupidus sum scribendæ epistolæ.—Num multi cupidi sunt legendorum librorum?—Multi cupidi sunt emendorum librorum non legendorum.—Ad quem dulcia verba idonea sunt?—Dulcia verba ad placandos animos idonea sunt.—Arripiesne occasionem exercendæ virtutis?—Omnem occasionem exercendæ virtutis arripiam.—Quis peritus fuit civitatis regendæ?—Thimotheus peritus fuit civitatis regendæ.—Estne puer studiosus scribendi?—Puer scribendarum epistolarum studiosus est.—Nonne nocendum est?—Nocendum est memini, parcendum est victis.—Quid jucundum est?—Jucundum est dare parentibus causas lætandi.—Quis jure vituperatur?—Jure vituperatur qui tardus est ad referendam gratiam.

187.

Nonne homines in amicis eligendis negligentes sunt?—Permulti in equis parandis magnam adhibent curam et in amicis eligendis negligentes sunt.—Nonne aves ad imitandum humanæ vocis sonum dociles sunt?—Quædam aves ad imitandum humanæ vocis sonum dociles sunt.—Estne studiosus puer?—Ciceronis legendi studiosus est.—Cur credendum est Davo?—Credendum est quia nos nunquam decepit.—Nonne malis nocendum est?—Neque bonis neque malis nocendum est.—Nonne veteres machinis utebantur?—Veteres ad defendenda urbium mœnia machinis utebantur.—Quis est ridiculus?—Ridiculus est qui multis libris emendis doctus vidēri vult.—Nonne cupiditas gloriæ homines incitat?—Cupiditas gloriæ homines ad difficillimas res suscipiendas incitat.

188.

Nonne prohibenda est ira?—Prohibenda est ira in puniendo.—Quantam utilitatem percipis ex irascendo?—Nullam.—Nonne utendum est consilio amicorum?—Etiam in secundissimis rebus utendum est consilio amicorum.—Somnus homini a natura datus est ad pellendam lassitudinem reparandasque corporis vires.—Fenestræ cubiculorum in quibus dormimus interdiu aperiendæ sunt, ut vapores exeant, aër purus intromittatur.—Deus animantes hominis causā fecit; ut equum, vehendi causā; arandi, bovem; venandi et custodiendi, canem.—Judicia puniendorum maleficiorum causā reperta sunt.—Imperator cum militibus venerat occupaturus civitatem.

189.

**Leccion 70.**—Nonne terra flores edit?—Quum tempus anni incaluit, terra flores et herbas edit.—Quando pacis artes reviviscunt?—Quum belli tumultus deferbuerunt, pacis artes reviviscumt.—Quis injuste facit?—Qui non propulsat injuriam a suis, quum potest injuste facit.—Quis lapide ictus interiit?—Pyrrhus, quum Argos oppugnaret, lapide ictus interiit.—Quando præmium accipiam?—Quum animum tuum domueris, præmium accipies.—Nonne omnes consilia ægrotis damus?—Facile omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus.—Nemone nos vituperabit?—Quum oficia vestra feceritis nemo vos vituperabit.—Nonne dabis operam ut me videas?—Davo operam ut te videam, quum id satis commode facere potero.

190.

Quando Cæsar Romam rediit?—Quum Cæsar Pompejum Italiā expulisset Romam rediit.—Num Gratidianus officio boni viri functus est?—Gratidianus officio boni viri non functus est, quum prætor esset.—Nonne ratio monet amicitias comparare?—Quum vita sine amicis insidiarum plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare.—Nonne lupus agum rapuit?—Pueri pascebant oves in saltibus, quum lupus ex silvā prorrumpens, terruit gregem et matris ab ubĕre agnum rapuit.—Augustus quum nuntium accepisset de clade Variana, exclamavit:—Quintili Vare, redde mihi legiones meas!—Alexander quum piratam comprehensum interrogaret, quo jure maria infestaret: Eodem, inquit, quo tu orbem terrarum. Sed, quia id ego parvo navigio facio, latro vocor, tu, quia magnā classe, imperator.

191.

Mulier vidua, quæ texendo vitam sustentabat, solebat ancillas ad opus excitare simul ac galli cantus auditus erat.—At illæ, quotidiano labore defatigatæ, statuerunt gallum interficĕre.—Quo facto inciderunt in deteriorem conditionem: nam domina, de horā incerta, sæpissime mediā nocte famulas excitabat.—Nonne tibi dicam quid scripserim?—Quum iterum te convenero, dices mihi, quid scripseris aut legeris.—Nonne Pompejus aufūgit Brundusium?—Cæsar quum ex Galliā veniens Rubicōnem trajecisset, Pompejus cum senatu aufūgit Brundusium.—Catilina, quum videret quantā irā et odio Ciceronis oratio animos senatorum implevisset, in summum furorem concitatus reliquit curiam.—Quando movemur misericordiā?—Maximā movemur misericordiā, quum homines rebus necessariis carēre videmus.

---

192.

**Leccion 71.**—Nonne milites quieti se dederunt?—Quum milites in urbem progressi essent, quieti se dederunt.—Quum Themistocles accussatus fuerit proditionis, damnatur exilio decem annorum.—Quum minus esset probatus parentibus, quod rem familiarem negligebat, a patre exhæredatus est.—De ea re quum scribatur ad Senatum, legati statim cum litteris mittuntur.—Quum milites de hostium adventu edocerentur, continuò summo pugnandi ardore flagraverunt.—Nonne humiles laborant?—Humiles laborant ubi potentes dissident.—Nonne Romani luxuriæ se dederunt?—Romani, postquam orbem terrarum subegerunt, luxuriæ se dederunt.—Mea pericula neglexi, inquiebat Cicero, dum timorem a patriā propulsarem.—Quum Brutus de rebus suis in senatu relaturus sit per portas effugit.

193.

Num Davus ob virtutes eximias, accepit præmium?—Quum laudandus esset ob virtutes eximias, nullum accepit præmium.—Nonne Miltiades milites suos impulit ad dimicandum?—Quum Miltiades donaturus fuisset multis præmis milites suos, eos impulit ad dimicandum.—Cyrus, primus Persarum rex, multa bella gessit et multos populos subegit.—Quum Crœsum, Lydiæ regem, vicisset, flammis eum occidere statuit. Quum Crœsus jam in rogo staret, ter Solonis nomen exclamavit. Cyrus, qui aderat, interrogavit, cur hoc faceret.—Crœsus respondit: "Solon, cujus hoc tempore memore sum, homo est sapiens; quum ego felix mihi esse videbar, hic mihi dixit: Nemo ante mortem beatus est. Hoc momento intelligo, quam verum hoc dictum fuerit." Quum Cyrus hoc audivisset, liberavit Crœsum vinculis, et ab hoc tempore Cyrus et Crœsus amici facti sunt.—Philosophus interrogatus quid esset pretiosissimum respondit: Tempus.

194.

**Leccion 72.**—Credisne Deum mundum creavisse?—Credo Deum mundum creavisse.—Quid vides?—Video avaros pecuniam maximi æxtimare.—Nonne homines beatos esse cupiunt?—Omnes homines beatos esse cupiunt.—Quid dixisti?—Dixi famem esse condimentum cibi.—Quid Davus dicit?—Dicit se fuisse pauperem.—Nonne venusta est regina?—Video reginam esse venustam.—Estne cæca fortuna?—Certum est, cæcam esse fortunam.—Quid manifestum est?—Manifestum est nautas navem ad nostram ripam dirigĕre.—Manifestum est, Deum hunc mundum creavisse.—Nonne certum est spem tuam te fefelisse?—Certum est spem meam me fefelisse.—Num satis est pulchra esse poemata?—Non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunto.—Quid apud Ciceronem legitis?—Legimus apud Ciceronem historiam esse lucem veritatis, testem temporum.

195.

Quid Ægyptii dicebant?—Ægyptii solem et lunam Deos esse dicebant.—Quid consul in senatu nuntiavit?—Consul in senatu nuntiavit hostes ad portas esse.—Nonne intellexisti, me esse in valetudine?—Ex litteris tuis intellexi te esse in valetudine.—Quid Davus intelligit?—Intelligit se nihil posse facere sine Dei auxilio.—Nonne scitis Ciceronem doctissimum fuisse?—Scimus Ciceronem romanorum doctissimum fuisse.—Num sentis animum tuum esse mortalem?—Sentio non posse meum animum esse mortalem.—Quid sapiens fatetur?—Sapiens candide fatetur se multa ignorare.—Quis corrigi non vult?—Corrigi non vult qui se pecasse negat.—Audivimus Socratem æquissimo animo venenum hausisse: credebat enim animas hominum post mortem vivere.

196.

Nihilne de me audivisti?—Scis me jam dudum de te nihil audivisse, nec litteras a te accepisse.—Quid a poetis accepimus?—A poetis accepimus, antiquissimis temporibus, homines in summā innocentiā et morum integritate vitam degisse.—Quid mathematici docent?—Mathematici docent, terram nostram circa solem trecentis sexaginta quinque diebus cursum suum conficĕre.—Sedebat puer flens ad puteum. Fur rogat causam flendi. Puer dicit, rupto fune, incidisse in aquas urnam auri. Homo exuit se, insilit in puteum, quærit. Vaso non invento, conscendit, atque ibi nec puerum nec suam invenit tunicam.—Puer quippe sublata tunica fugerat.—Falluntur interdum, qui fallĕre solent.

197.

**Leccion 73.**—Quid credis?—Credo bonos viros præcaturos esse Deum.—Scisne te muriturum esse?—Scio me aliquando moriturum esse.—Num credis illum cras venturum esse?—Non credo illum cras venturum esse.—Quid auditis?—Audimus te Corinthi aliquandiu habitavisse et nunc Athenas reversurum esse.—Nonne credis virtutem profuturam esse?—Credo virtutem profuturam esse hominibus.—Epaminondas ferrum in corpore retinuit, quoad renuntiatum est vicisse

Bœotios.—Quid sciebas?—Sciebam ex litteris tuis, tabellarium posthac non esse venturum.—Certum est patrem filii sui mortem vindicaturum esse.

198.

Vir sapientissimus fuit Solon. Quum interrogatus esset; cur non constituisset suplicium adversus eos qui necabant parentes; respondit, quod nemo id facturum esse.—Darius reginæ sepulchrum aperiri jusserat, quod speraverat se magnam auri copiam ibi inventurum esse.—Plato sic definierat hominem: Homo est animal bipes, absque pennis. Ei definitioni quum discipuli Platonis applauderent, Diogenes gallum gallinaceum plumis nudatum produxit in scholam:—En, inquit, hic est homo Platonis.—Salvus sis, Domine!—Bene tibi sit, Dave: dic mihi quid optes.—O domine! dies est clarissimus, omnia per agros eximia refulgent pulchritudine; ubique avium concentus exaudiuntur; ubique flores halant odores suavissimos.

199.

Quid tibi nuntiat pater?—Pater meus nuntiat mihi, se cras adventurum esse: eum tam cito venturum esse non credebam.—Eum in Italiam iturum esse dixeram: gaudeo quod erravi.—Spero nos vobiscum interfuturos esse spectaculo, et vos redituros esse eādem horā quā nos.—Non credo me iturum esse hodie ad spectaculum: si tamen patrem meum assensurum esse putarem, id libenter eum rogarem.—Notum est omnibus regem hanc per urbem transiturum.—Hic miles narrat historiam quam legisse credo: ille refert vulnus accepisse.—Vir hic asserit bonum esse quidquid dicit agitque.

---

200.

**Leccion 74.**—Nonne potest dici magistratum esse loquentem legem?—Vere dici potest magistratum esse loquentem legem.—Facinus est vinci civem romanum; scelus verberari, prope parricidium necāri.—Quid speras?—Spero fore ut vituperationem timeat.—Nonne certum est animantia creata fuisse a Deo?—Certum est animantia creata fuisse a Deo.—Spero hostes a nostris victum iri.—Merito dicitur divitias agendas fuisse labore.—Quid censes?—Censeo divitias augēri labore.—Credo hominem creatum fuisse a Deo.—Certum est Davum labores meos maximi æstimaturum esse.—Censeo divitias auctum iri labore.—Qui amat aliquem facit quæ ei grata fore intelligit.—Factum tuum omnibus probatum iri non credo.

201.

Quid putabas?—Putabam futurum fuisse ut tacerent quoniam nil boni habebant quod dicerent.—Putasne eum pensa perfecturum fuisse sua, quum hora spectaculi venerit?—Certum habeo eum omnia facturum fuisse: non credebam eum adhibuisse tantam diligentiam.—Num putas fore ut brevi noster professor advenerit?—Credo eum post unam horam ingressurum fuisse.—Quis ex vobis putavit hunc discipulum non puniendum esse á magistro?—Jam pridem loquutus sum a te, recte sermonem latinum ediscendum esse, si constanti animo das operam litteris.

202.

Notum est omnibus hunc hominem bene nummatus fore si voluisset, sed sapienter judicavit beatitudine non gaudebimus per divitias.—A quo putas te nisi á magistro docendum esse?—A quo putas rempublicam agitatam fuisse nisi ab hostibus?—Hic puer videtur mihi sciturum esse melius lectiones, si eas accurate studeret.—Quis sapientior fuit Heraclitus an Democritus?—Alius jocari cunctis vitiis solebat, alius mos erat semper flere.—Quis videtur tibi laudibus dignus, Horatius an Virgilius?—Mos apud me est per noctem studere.—Quem credebas arbores vastavisse nisi ventum?—Quem existimas egregium fuisse poetam nisi Virgilium? —A quo putabas patriam liberandam fuisse nisi a te?

---

203.

**Leccion 75.**—Quid Cicero dicebat?—Cicero dicebat non posse jucunde vivi, nisi honeste vivatur.—Num omnes possunt esse Scipiones?—Non omnes possunt esse Scipiones.—Nemo tam doctus est ut doctior esse non possit.—Vos non estis tam docti ut doctiores esse non possitis.—Possumusne mortem effugere?—Mortem effugere nemo potest.—Quid sentis?—Sentio non posse meum animum esse mortalem.—Quid prodest?—Prodest ante mediam noctem cubitum ire et mane surgĕre.—Possumus pronuntiare homines malos esse et fuisse et futuros esse.—Num res tales sunt quales videntur?—Res non semper tales sunt quales videntur.—Multi sunt qui malunt videri boni quam esse.—Malo paupertatem cum honestate, quam divitias cum dedecore.—Boni malunt Deo parere quam hominibus.

204.

Achilles, bello Trojano mori maluit, quam domi otiosā vitā senescĕre.—Noli gloriam honestati anteponĕre.—Quis Spartam redire volebat?—Davus Spartam redire volebat.—Noli foris quærere quæ tibi domi parata sunt.—Si tales estis, quales vultis videri, bene est.—Antoninus Pius hanc celebratam Scipionis sententiam sæpe in ore habebat; malle se unum civem servare, quam mille hostes interficere.—Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.—Fundamentum perpetuæ famæ est justitia, sine quā nihil potest esse laudabile.—Ridiculum est quærere quæ habere non possumus.

---

205.

**Leccion 76.**—Nonne vobis tulerunt auxilium?—Quarto die nobis tulerunt auxilium.—Num omnes sciunt refferre beneficium?—Non omnes sciunt referre beneficium.—Tunē hunc dolorem ferres?—Hunc ego dolorem æquo animo ferrem.—Quis est tam demens ut suā voluntate mœreat?—Nemo est tam demens ut suā voluntate mœreat.—Occasione oblatā amicis prosimus.—Injurias ferendo majorem laudem, quam ulciscendo mereberis.—Noli ulcisci injurias quas tibi homines intulerunt.—Quis fers manu?—Pecuniam refero quam fur e domo nostra abstulerat.—Caritate benevolentiāque ablatā, omnis est e vitā ablata jucunditas.—Quid times?—Timeo Danaos et dona ferentes.—Quid aufert vires?—Morbus aufert vires?—In gratia referenda agros fertiles imitari debemus, qui multo plus afferunt quam acceperunt.

206.

Quando est eundum?—Mane eundum est.—Fiat voluntas Dei.—Simus diligentes ut docti fiamus.—Nonne hirundines in terras calidiores abeunt?—Constat hirundines ineunte autumno in terras calidiores abire.—Nonne fraterculus tuus cubitum ivit?—Ivit.—Quid cupis?—Cupio ut tu et soror tua redeatis.—Noli, dives factus, eorum oblisci, qui pauperibus profuerint.—Quando hirundines redibunt (=redituræ sunt).—Ineunte vere hirundines redibunt, autumno in terras calidiores abituræ.—Præteribam forte domum tuam, quum magnam hominum frequentiam, ex ea vidi exeuntem.—Hostes queunt tibi divitias, virtutes autem nequibant eripĕre.—Quæ vitari nequeunt (ea) equo animo ferenda sunt.

207.

Tulistine librum?—Eum tuli.—Num factum fuit quod tibi dixi?—Nondum factum fuit sed fiet crastino die.—Cur ad ludum puer latus fuit?—Latus fuit ad ludum quia discere opus est illi.—Num pater tuus exivit?—Non exivit.—Nonne ambulare soles?—Quandoque ambulare soleo. — Quorsum tendis?—Ad hortum tendo, sed nunc ad forum eo.—Ullusne homo interivit?—Multi periêre.—Quomodo?—Fame periērunt.—Transivistini per forum?—Nolui transīre.—Quo nunc is?—Apud patrem meum eo.—Diogenes, quum olera ei lavanti Aristipus dixisset: Si Dionysium adulare velles, ista non esses: Imo, inquit, si tu ista esse velles, non adulares Dionysium.

---

208.

**Leccion 77.**—Scisne quo anno captum sit Saguntum?— Quidam scriptores tradiderunt, Saguntum oppidum captum ab Hannibăle esse octavo mense, postquam cœptum est oppugnari.—Memento te esse hominem.—Hannibal Romanos sic oderat, ut in gratiam cum illis redire nullo modo posset.—Caligula quum probe sciret, quanto odio civibus esset, dicĕre solebat: Oderint, dum metuant.—Dobe monax interrogatus, quando cœpisset philosophari; "Tum, inquit, cum cognoscere me ipsum cœpi."—Memento te hominum esse, et omnibus hominibus moriendum esse.—Vulpes, fame coacta, uvam appetebat, ex altā vite dependentem. Quam, quum summis viribus saliens, attingĕre non posset, tandem discedens ait: "Nondum matura est, nolo acerbam sumere."

209.

Quid aiunt amici?—Inquiunt nos non venisse.—Quid ais?—Te esse puerum studiosum aio.—Ecquid aiebas?—Aiebam fratrem tuum scribere.—Esne?—Esto; ego non esurio.—Salve, o pater, salve!—Salvebis a meo Cicerone.—Negasne?—Tu ais, ego nego.—Clavim cedo, atque occlude ostium.—Te salvum venisse vehementer gaudeo.—O pater, pater mi, salve!—Salve, gnate mi.—Quid Epicurei aiebant?—Epicurei aiebant summum bonum esse in voluptate.—Cedo aquam manibus, puer, appone hic mensulam.—Deos quæsumus consilia tua salutaria sint.—Agis, rex Lacædemoniorum, audiens, quosdam horrere hostium multitudinem, ait: Non percontandum esse, quot sint hostes, sed ubi sint.—Idem interrogatus quot milites haberet?—Quot sufficiunt, inquit, ad fugandos hostes.

---

210.

**Leccion 78.**—Nonne æstate grandinat?—Æstate grandinat, hieme ningit, per totum annum pluit.—Vidistine Davum?—Vidi eum miserum et me ejus misertum est.—Num te pœnitet vixisse?—Non me pœnitet vixisse.—Sæpe nos pœnitet locutos fuisse, nunquam tacuisse.—Quando stultitiæ te pudebit?—Num hieme grandinat?—Hieme ningit non grandinat.—Quem tædet vitæ?—Hominem otiosum tædet vitæ. Quo tempore pecudes domum redeunt?—Ubi vesperascit, pecudes domum redeunt.—Socratem non pudebat fateri se multa ignorare.—Quid senatui nuntiatum est?—Sanguinem pluisse, senatui nuntiatum est.—Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet.

211.

Quid interest adolescentium?—Adolescentium interest bonos libros legere.—Quid nostra refert?—Refert nostra qui quotidie a Deo beneficia accipimus ut quotidie ei gratias agamus.—Refert uniuscujusque nostrûm patriam defendere.—Quid sæpe evenit?—Sæpe evenit ut utilitas cum honestate certet.—Num interest hominum diu vivere?—Interest omnium hominum non diu vivere, sed bene vivere.—Quid ad salutem reipublicæ refert?—Ad salutem reipublicæ refert ut magistratus suo officio fungantur.—Quid vobis accidit?—Accidit nobis res mira—Nemini licet patriæ suæ leges violare.—Expedit pueris litteris operam impense dare.—Quis beatus est?—Beatus est ille cui etiam in senectute contigit, ut sapientiam, assequi possit.

212.

Nonne sapientes olim paupertas delectabat?—Sapientes olim paupertas magis delectabat quam thesauri.—Quid restat tibi?—Ea, quæ pertinent ad veritatem et fidem sunt digna homini justo.—Homines divitiæ magis juvant quam virtutes; virtus tamen nos magis decet quam divitiæ.—Naturæ lex ad omnium hominum felicitatem pertinet.—Lex jubet servare quod ad nos attinet et vetat subripere quod pertinet ad alios.—Nonne pugnatum est?—Pugnatum est acriter ab utrisque.—Num juvenem garrullitas decet?—Modestia juvenem decet, garrulitas dedecet.—Quid vobis imminet?—Magnum periculum nobis imminet.—Nonne Romæ Catilina minatus est?—Catilina Romæ ferrum et flammam minatus est.—Aiunt homines plus in alieno negotio videre, quam in suo.

213.

Leccion 79.—Ubi frequens nebula est?—Circa flumina et lacus frequens nebula est.—Justitia erga Deum, religio dicitur: erga parentes, pietas.—Sunt qui putent fidem non esse servandam adversus hostes.—Nonne cometæ sunt mirabiles? —Cometæ, ob raritatem et speciem, sunt mirabiles.—Nonne apud Ægyptios mortui condiebantur?—Apud Ægyptios mortui condiebantur ac servabantur.—Quanto tempore Deus mundum creavit?—Deus mundum creavit intra sex dies. —Nonne consul Romam veniet?—Intra viginti dies consul Romam veniet.—Nonne papilio circum flores volitat?—Papilio circum flores volitat.—Nonne pisces extra aquam exspirant?—Pisces extra aquam exspirant.—Ubi reges victi ibant?—Ante triumphantis currum ibant reges et duces victi.

214.

Nonne longum est iter per præcepta?—Longum est iter per præcepta, breve per exempla.—Nonne procella imminet?—Procella imminet: ardea paludes deserit, atque supra nubes volat.—Num corpus propter animum factum est?—Corpus propter animum factum est, non animus propter corpus.—Ubi Francia sita est?—Francia cis Alpes sita est; sed Romanis Gallia trans Alpes jacebat.—Nonne ego loquor?—Tu solus infra lunam, ante lucem, per insidias, ob oculos Cæsaris, supra modum loquĕris.—Suntne penes Deum spes hominum?—Penes Deum sunt omnes spes hominum.—Quorsum acus magnetica semper tendit?—Acus magnetica Septentrionem versus semper tendit.

---

215.

Leccion 80.—Nihilne clam Deo agĕre possumus.—Nihil clam Deo agĕre possumus.—Nonne Deus est tecum?—Si Deus est mecum nihil timeo.—Num a me epistolam accepisti?—Nullam a te epistolam accepi.—Nonne dicis quod de republica sentis?—Dicam ex improviso quod de republica sentio.—Num animus cum corpore moritur?—Animus non cum corpore moritur.—Num vulgus ex veritate multa æstimat?—Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.—Nonne Alexander vicit?—Alexander omnia oceanō tenus vicit.—Nonne canis pro domino pugnat?—Canis adversus latrones pro domino pugnat.—Maximæ divitiæ præ doctrinā contemnendæ sunt.—Maximum bonum est mens sana in corpore sano.—Nonne Augustus vini parcus erat?—Augustus vini parcissimus erat.—Non amplius ter bibebat super cœnam.—Absque notitia Dei quæ potest esse solida felicitas?

216.

Nonne viator sub arborem confugit?—Quum pluit, viator sub arborem confugit.—Num pueri de futuro cogitant?—Pueri de futuro non cogitant, in diem vivunt.—Nonne animus super omnia se effert?—Magnus animus super omnia humana se effert.—Quo plurimæ aves avolant?—Plurimæ aves sub hiemem in peregrinas terras avolant.—Crescitne vitium?—Vitium in dies crescit.—Quid invidiam in nos concitat?—Amplissima fortuna invidiam in nos concitat.—Quando Romani se in castra receperunt?—Sub occasum solis Romani se in castra receperunt.—Nonne aves se abdunt?—Quum sol occidit aves se subter folia arborum abdunt.—Cuidam Persæ in colloquio dicenti: Solem præ jaculorum multitudine et sagittarum non videbitis; unus e Lacedæmoniis respondit: "In umbra igitur pugnabimus.

---

217.

Leccion 81.—Quo te capessis?—Capesso me domum.—Quæ te causa impŭlit ut hīc venires?—Nulla causa me impŭlit.—Ubi est frater meus?—Frater tuus eodem loco est quo reliquisti.—Atticus Athenis habitabat habebatque in Italia possesiones.—Paulus apostolus Romæ, Corinthi, Ephesi, Atenis, aliisque locis

compluribus evangelium prædicavit.—Multi solent æstate rus abire, sed ante hiemem rure in urbem redeunt.—Felix qui, in fertili rure, suam vitam agere potest? —In quā urbe vivimus?—Ubi sunt tam superba Carthaginis mœnia?—Ubi maritima gloria adeo inclyti portus?—Ubi tot exercitus?—Ubi tantus equitatus?—Omnia ista, duobus Scipionibus fortuna partita est.

218.

Quando hoc bellum populus Romanus suscepit?—Noctu hac de re deliberavit pater; tum bene mane in viam nos dedimus.—Quando venies?—Perendie ante meridiem.—Olim calamus adhibebatur scribendo, hodie pennæ anserum.—Quando ad me redibis?—Ad te mox redibo: paulisper exspecta.— Quampridem scholam frequentare desiisti?—Quoties nostra gaudia, nostri doloris principium sunt?—Vituperandus est qui epulando nimium temporis consumit.—Multum habet jucunditatis soli cælique mutāttio.—Adolescendiæ est minus prudentiæ, senectutis minus fiduciæ.—Quis hodie seminat cras colliget.—Semel privatim a patre iterum publice a lege coactus.—Arbores magnæ diu crescunt, unā horā extirpantur.

---

219.

Leccion 82.—Nonne admiramini sapientiam Dei?—Merito admiramur sapientiam Dei.—Quis stulte agit?—Qui multa cupide appetit stulte agit.—Quid vult magister?—Magister jure vult ut discipuli ipsum atente audiant.—Nonne mavis tacēre quam loqui?—Malo tacēre quam temere loqui.—Nonne omnes remunerabantur?—Omnes qui de patriā bene meriti erant, splendide remunerabantur Romanis.—Domum revertor mœstus, animo fere quasi perturbato.—Illene iit passim? —Ille iit passim, ego ordinatim.—Facile adversam fortunam sustinet qui semper eam exspectat.—Rex prudens non facile victus est.—Cito pede præterit ætas.—Veniet tacito curva senecta pede.—Romani quidem facti sunt celeberrimi, sed etiam duriter vivebant, alacriter ibant ad pugnam et pro patria fortiter cadebant.

220.

Nonne Romani multa bella felicissime gesserunt?—Romani gesserunt quædam bella fortius quam felícius.—Nonne ego cito ago?—Prudentius quam citius age.—Quomodo canis timidus latrat? Canis timidus vehementius latrat quam mordet.—Quando pater tuus venturus?—Pater meus dicitur celerius opinione venturus.—Nonne Alexander hostes persecutus est?—Alexander hostes prudentius quam avidius persecutus est.—Sic ait, et dicto citius timida æquora placat. —Res male cecidit, non vestrā culpā, sed fortunæ casu.—Cuidam dicenti maximum esse numerum hostium, unus e Lacedæmoniis respondit: *Tanto major erit nostra gloria.*

---

221.

Leccion 83.—Nonne poetæ post mortem nobilitari volunt?—Quare nemo sua vitia confitetur?—Nonne scis aquam esse graviorem quam aera?—Possumusne numerāre quoties nostri parentes nobis dederint racta consilia, quibus non paruimus?—Numquid præterita mutare possumus?—Num scimus quo se conferant aves peregrinantes?—Nequidquam liberum te dicis: annon est metus omnis servitus? —Quis non paupertatem extimescit?—Scire velim ubi sit, unde veniat, quo vadat. Dic mihi quota hora sit.—Omnes tendunt ad gaudium, sed unde stabile consequantur, ignorant.—Quæritur idemne sit pertinatia et perseverantia?—Scimusne quomodo ille qui semper felix fuit, malam fortunam laturus sit?—Disputabant veteres philosophi casune factus sit mundus.

222.

Interrogas me num ire te jubeam in exsilium. Non jubeo, sed si me consulis, suadeo.—Olim quæstio erat, num terra rotunda esset.—Quæritur cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant.—Mori cupis; disce prius quid sit vivere.—

Cogita tecum, an gratiam retuleris, quibus gratiam debes.—Uter est doctior, tune an frater?—Uter miserior est, cæcus an surdus?—Sumusne mortales an inmortales?—Quæritur unusne sit mundus an plures?—Quis scire possit unusne mundus sit an plures?—Isne est quem quæro an non?—Stellarum numerus par an impar sit incertum est.—Majorne luna est an minor quam terra?—Scisne luna, suā luce an alienā splendet?—Nihil refert utrum sit aureum poculum an vitreum.—Romulus a Senatoribus interfectus est, necne?—Hominibus prodesse natura jubet: servi liberinĕ sint, quid refert?

223.

Nonne est mors certa?—Ita est.—Estne pater intus?—Est.—Aperte visne loqui?—Sane quidem.—Auditne Deus omnia verba nostra?—Audit.—Ubi soror tua est?—Apud patrem.—Mene quærit?—Verem.—Hæccine tua domus est?—Ita.—Servus esne an liber?—Servus.—Abiitne solus?—Solus.—Quanti emisti librum?—Viginti minis.—Mihine?—Tibi.—Solusne homo in terrā, ratione præditus est?—Solus.—Quota hora Davus venit?—Secunda hora.—Num forte non invitavisti Clodium?—Invitavi.—Cur ergo non venit?—Quia venturum se negavit.—Cur id non statim dixisti?—Quia de eo non sum a te interrogatus.

---

224.

**Leccion 84.**—Ne tentes quod effici non possit.—Num te delectat hic nuntius?—Non me delectat hic nuntius.—Nemo non liberos suos beatos esse cupit.—Nemo non benignus est sui judex.—Iste ne patrem quidem venerabatur.—Sæpe ne utile quidem est scire, quod futurum sit.—Græculus otiosus et loquax, fortasse doctus et eruditus.—Sed ego fortassis vaticinor.—Non nunquam ea quæ prædicta sunt minus eveniunt.—Sunt inter nos nonnulla communia.—Venitne homo ad te?—Non.—Num est equus niger?—Haudquâquam.—Tune olim miles fuisti?—Nequaquam.—Heus! non es domi?—Non sum.—Impudens? non ego audio te loquentem?—Imo tu impudentior, nuper ancillæ tuæ credidi te non esse domi, et tu non credis mihi ipsi?

225.

Scelestusne sum?—Nihil minus.—Estne illa tua sententia?—Imo.—Venitne pater?—Minime vero.—Num hæc avis eadem est?—Non est.—Tene delectat hic nuntius?—Non vero.—Præstatne utilitas honestati?—Non.—Estne amicitia nostra vobis cara?—Imo.—Potesne scribĕre?—Nequaquam!—Quis ego sum saltem si non sum Sosia?—Nescio.—Vidistine uxorem meam?—Nihil minus.—Estne frater intus?—Non est.—Num pudet vanitatis?—Minime.—Non irata es?—Non sum irata.—Prandistine?—Minime.

---

226.

**Leccion 85.**—Si tu et Tullia valetis, ego et Cicero valemus.—Num virtus eripi potest.—Virtus nec eripi nec subripi potest.—Nonne pax jucunda est?—Pax quum jucunda tum salutaris est.—Impedit consilium voluptas, nec habet ullum cum virtute commercium.—Fœdior non exsilio solum, sed etiam morte servitus est.—Quædam terræ aut frigore rigent, aut urŭntur calore.—Ut mihi sucurras, etiam atque etiam te rogo.—Viri nobiles vel corrumpere mores civitatis vel corrigere possunt.—Dic mihi quare luna modo rubeat modo palleat.

227.

Regina apum cæteri dissimilis est, tum magnitudine, tum nitore—Musica et excitat languentes, et languefacit excitantes.—Hæc neque ego neque tu fecimus.—Jus semper quæsitum est æquabile, neque enim aliter jus esset.—Estne pater dives?—Non dives sed bonus est.—Illi igitur duodecim cum canibus venaticis exiĕrunt.—Magno Atilio ea cunctatio stetit, namque filium intra paucos dies amisit.—Omne vitium turpe est: vitium autem est invidia: ergo invidia turpis est.—Hāc pugnā nihil nobilius; nulla enim unquam tam exigua manus tantum exercitum divicit.—Videtis nihil esse morti tam simile, quam somnum; atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam.—Brevis a natura nobis vita data

est, at memoria bene reditæ vitæ sempiterna.—Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime.—Colenda est justitia propter se, nam aliter justitia non esset.

---

228.

**Leccion 86.**—Quid ratio vult?—Ratio vult ut æquo animo feramus quæ mutare non possumus.—Nonne formica ad fontem descendit?—Formica sitiens ad fontem descendit ut viveret.—Nonne edimus ut vivamus? —Edimus ut vivamus, hoc est, ut vitam conservemus; at vos vivitis ut edatis et bibatis.—Estne hæc vita brevis?—Hæc vita brevior est quam ut tota hominis vita esse potest.—Quid natura poscit?—Natura poscit ut quieti et somno aliquantum demus.—Hominis corpus celsum et erectum est, ut cœlum intueri possit.—Non erat mos apud Græcos ut mulieres cum viris mensæ accumberent.—Magnopere te hortor ut hos de philosophia libros studiose legas.—Ut desint vires tamen est laudanda voluntas.—Alexandro succesor quærebatur, sed major moles erat, quam ut unus subire eam posset.

229.

Quid mihi suades?—Tibi suadeo ne miseris irrideas.—Cave ne quid temere dicas aut facias.—Cura ne in morbum incidas.—Præcepit militibus ne regem occiderent.—Regulus senatoribus dissuasit ne captivos redimerent.—Gallinæ pennis fovent pullos, ne frigore lædantur.—Quid metuis?—Metuo ne pluat.—Non vereor ne quid timide facias.—Quid me rogas?—Hoc te primum rogo, ne demittas animum.—Quid Darius hortatus est?—Darius hortatus est pontis custodes, ne a fortunā datam ocasionem liberandæ Græciæ dimitterent.—Vide ne ignoto homini nimium fidas.—Provide ne sermo tuus vitium aliquod indicet inesse in moribus.

230.

Quid Alexander edixit?—Alexander edixit ne quis ipsum præter Apellem pingeret.—Miles metuit ne pax firma sit, mercator ut sit.—Quid timebas?—Timebam ne evenirent ea, quæ acciderunt.—Timeo ut labores tantos sustineas.—Cavendum est ne major pœna quam culpa sit.—Metuo ne verum non dixeris.—Homo scelestus semper veretur, ne peccata sua patefiant.—Omnes labores te excipere video, timeo ut sustineas.—Avarus addit, auget, accumulat: semper veretur ut satis habeat.—Hannibal timens ne Romanis traderetur, suam patriam reliquit.

---

231.

**Leccion 87.**—Quid obstat quominus sit homo beatus?—Nihil impedit quominus id facĕre possimus.—Populus non obstitit, quominus dux copias mitteret.—Malus pudor sæpe obstat ne peccata nostra fateamur.—Quid prohibuit Darius?—Darius edicto prohibuit ne Pœni humanas hostias immolarent.—Nec ætas impedit quominus agri colendi studia teneamus, usque ad ultimum tempus senectutis.—Vere sapiens nunquam dubitabit quin inmortalis sit animus.—Senectus non impedit quin litteras colamus.—Num rex prohibuitut milites gloriam augerent?—Rex non prohibuit quominus milites acceptam gloriam augerent.—Summā perfundor letitiā quod habeam filium qui non mentiatur.—Ut verum dicam nullam ei reprobationem faciendam hoc die tenus habui.

232.

Quis dubitare potest quin omnia mente divinā regantur?—Quis impedit quin bonis artibus rem familiaren augeamus?—Lex christiana non prohibet quin divitias comparemus: vetat ne iis impensius studeamus.—Nihil est quin male narrando possit depravari.—Negari non potest, quin turpius sit fallere quam falli.—Nemo tam ferox est moribus, quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid, quod lauderi queat.—Quis dubitat quin animus immortalis sit?—Non dubium est quin terra circum solem moveatur.—Nulum animalium genus adeo ferox est quin

vehementer amet prolem suam.—Nemo erit tam stultus, quin hæc fateatnr.—Bonus vis esse cras, quîn hodie?—Nihil in rerum naturā invenitur quin sapientissime a conditore mundi institutam sit.

233.

Nonne bene facio?—Bene facis quod me adjuvas.—Admiratus sum quod nihilominus ad me tuā manu scripsisses.—Valerius laudabat fortunam Bruti, quod pro republicā dimicans, mortem occubuisset.—Cur Socrates accusatus est?—Socrates accusatus est quod corrumperet juventutem.—Audienda nobis ex inimicis veritas, quia semper est utilis.—Nemo solis ortum occasumque miratur quoniam quotidie fiunt.—Non te laudo quod domueris gentes potentissimas, sed te laudo quod animum viceris.—Non possum non vera loqui.—Gaudeo id te mihi suadere, quod ego meā sponte feceram.—Quidam Spartanus, quamvis victor, mulctā mulctatus est, quia sine clypeo pugnaverat.—Patronus libertum ingratum jure libertatis exuebat, ei dicens: "Esto servus, quoniam liber esse nescîsti."

234.

Leccion 88.—Quod turpe est, id, quamvis occultetur, honestum fieri non potest.—Tametsi a duce et a fortuna deserebantur, tamen nostri omnem spem salutis in virtute ponebant.—Utinam hoc verum sit!—Utinam felicitatem tuam nulla turbet calamitas!—Licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est.—Multi omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.—Ita fac omnia tanquam spectet aliquis.—Si quis nimis obscure dicit, perinde fere est ac si taceat.—Sic agis quasi me ames.—Medici, quanquam sæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos esse morituros.

235.

Tempestas diu minata est antequam surgeret.—Vixdum epistolam tuam legeram, quum ad me Postumus venit.—Donec eris felix multos numerabis amicos. Cato quoad vixit, virtutum laude crevit.— Sunt multi qui eripiumt aliis quod aliis largiantur.—Nihil habeo quod accusem senectutem.—Sunt qui quod sentiunt, etsi optimum sit, tamen invidiæ metu non audent dicere.—Nihil est quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus.—Non est quod invideas istis quos magnos felicesque populus vocat.

236.

Heu me miserum!—Euge!—Væ victis!— O fallacem hominum spem!—Proh Dii inmmortales! quid ego video?—Hei mihi, insanire me aiunt!—O terram illam beatam, quæ hunc virum, exceperit!—Heu mihi! nequeo quin fleam—Eia, tu veni! —Macti stote, juvenenes!—Ohe, jam satis est, libelle.—Sitibunda cornix reperit urnam aquæ. Sed erat urna profundior, quam ut posset a cornice aquam contingi. Conatur effundere urnam, nec valet.—Tum lectos ex arena scrupulos injectat. Hoc modo aqua levatur et cornix bibit.—Interdum id, quod non potest efficere vi, efficies prudentia et consilio.

---

237.

Leccion 89.—Quid fecisti, mi fili?—Epitomen feci orationum quas heri legimus.—Parthi utebantur solerter arcubus.—Vis vim expellit.—Clavi porta clauditur.—Romani fascibus utebantur.—Græci ceperunt Illion, urbem Asiæ.—Calcari incitamus equos.—Qui erudit juventutem plurimum prodest reipublicæ.—Orator studium Grammaticæ, studio rhetoricæ jungere debet.—O benigne Deus, quam multa tibi debemus beneficia!—Quis hæc omnia regit et temperat, nisi Deus?—Ergo, mi fili, Deum semper cole.—Achilles interfecit Hectora, filium Priami.—O Virgili, dic nobis Eurydicis et Orpheos flebiles casus!

238.

Num jam legisti Ovidii poemata?—Non legi.—Æneas, Venĕris et Anchisæ filius, patrem ex incendio Trojæ, portavit humeris.—Succus aloēs amarus confirtam stomachum.—Ulyses a Philoctēte (=Philoctetâ) sagittas postulabit, quas ab

Hercule ille acceperat.—Apes petunt sinapim—Diis et deabus prisci inmolabant. Discipuli Pythagoræ abstinebant carne et fabā.—In puppi sedet gubernator.—Febrem quiete mitigamus.—Ad vim confugiunt tyranni: vi regnant.—Cur fles, mi fratercule?—Xerxes Persarum rex, ingenti exercitu Græciæ bellum intulit.—Apollo colebat Delon insulam, Juno Samon, Jupiter Creten.—Nauta, navem prudenter rege; puppim ventis et proram undis præbe.—Ex alta turri vigiles prospectant.—Irasci patriæ summum nefas est.—Inter illos excellit M. Tulius Cicero, cujus epistolas et orationes, cæterosque libros in scholis legimus.—C. Julius Cæsar octo libris bellum Gallicum, tribus civile narravit.—L. Mummius Corinthum, P. Scipio Cartaginem delevit (ó deleverunt).—A foro Romano conspiciebatur Capitolium et signum Jovis.

239.

**Leccion 90.**—Servus esne an liber?—Servus.—Hæccine tua domus est?—Ita inquam.—Quis herus igitur est tibi?—Amphitruo, quicum nupta est Alcumena.—Quid ais? quod nomen tibi est?—Sosiam vocant Thebani.—Tunĕ te audes Sosiam esse dicere? quia vaniloquus es, vapulabis.—Equidem Sosia Amphitruonis sum: hac nocte soluta est navis nostra ex portu Persico.—Elocutus est!—Amphitruo obtruncavit regem Pterelam in prælio.—Quid Amphitruoni a Telebois datum est?—Rex qui potitare solitus est, patera aurea.—Ubi ea patera est?—In cistula?—Signi dic quid est?—Cum quadrigis sol exoriens.—Nescio unde hæc spectavit! aliud nomen quærendum est mihi!

240.

Servus esne?—Sum.—Cujus servus es?—Amphitruonis.—Quid ais?—Hic habito ego.—Gestiunt pugni mihi!—Si in me exerciturus, quæso ut primum in parietem domes.—Amphitruonis ego sum servus Sosia.—Ego sum, non tu Sosia.—Etiam denuo?—Quid! non ego sum servus Amphitruonis Sosia? nonne hac noctu nostra navis huc ex portu Persico venit? nonne me herus misit meus? non loquor? nonne hic homo me pugnis contudit? Fecit hercle: nam etiam malæ dolent mihi!—Anphitruonis te esse aiebas Sosiam?—Peccaveram: Anphitruonis socium me esse volui dicere.

---

241.

**Leccion 91.**—Ego Sosia jam nolo esse.—Tu negas me esse?—Quis ego sum saltem, si non sum Sosia?—Nescio.—Quum illum contemplom, formam cognosco meam: similis est mei. Itidem habet petasum ac vestitum: pes, statura, oculi, nasum et labra: malæ, barba, collum, totus!... Ubi immutatus sum? ubi ego formam perdidi?—Nunc vapulabis, ob mendacium.—Obsecro ut ne vapulem.—Dicito quidvis, non nocebo.—Si tu Sosia est, quid in tabernaculo fecisti? victus sum si dixeris. Cadus erat vini: implevi hirneam.—Argumentis vincit!

242.

Age! i tu secundum.—Subsequor te.—Homo hic ebrius est, ut opinor.—Egone? utinam ita essem!—Vah, apage!—Quam miser est divitis servus!—Vidistine uxorem meam?—Nihil minus.—Quis te prohibuit?—Sosia, ego ille; nonne intelligis?—Minime vero: nunc ibo domum.—Recte dicis: sed fores occluserunt.—Eugepæ! feriam fores: heus, ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?—Quis ad fores est?—Ego sum.—Tace, atque abi intro.—Taceo, atque abeo.

[illegible]

239.

[illegible] — Sosia [illegible] — [illegible] Amphitruonis [illegible] Alcumena [illegible] Thebani [illegible] Sosia Amphitruonis [illegible] Amphitruo [illegible] Teleboïs [illegible]

240.

[illegible] — Sum. — Cujus servus es? — Amphitruonis. — Quid ais? — [illegible] — Si tu me exercitus [illegible] in [illegible] — Amphitruonis ego sum servus Sosia. — Ego sum, non tu Sosia. [illegible] Amphitruonis Sosia [illegible] Amphitruonis [illegible]

241.

[illegible] — Tu negas me esse? — Quis ego sum [illegible] formam [illegible] per [illegible] oculi, [illegible] Ubi [illegible] sum; ubi ego formam [illegible] — Observo ut [illegible] — [illegible] Si tu Sosia es, quid in tabernaculo fecisti? [illegible] vidi.

242.

Age! i tu secundum. — Subsequor te. — Homo hic ebrius est, ut opinor. — [illegible] — Vah, apage! — Quam miser est [illegible] — Nihil minus. — Quis te prohibuit? — Sosia, ego ille, nomine [illegible] — [illegible] dicis, sed [illegible] — [illegible] hoc [illegible] — Quis ei forma est? — [illegible] — Tace, atque abi intro. — Taceo, atque abeo.

# OBRAS DE FONDO

QUE SE HALLAN DE VENTA

## EN LA LIBRERIA DE LA REVISTA MÉDICA.

---

Nuevos métodos del Dr. Ollendorff, arreglados por D. Eduardo Benot, para aprender á leer, hablar y escribir los idiomas siguientes:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| FRANCES, | 5.ª edicion, | 36 rs. | en Cadiz: | 40 | fuera. |
| INGLES, | 3.ª „ | 50 „ | „ | 54 | „ |
| ITALIANO | 3.ª „ | 30 „ | „ | 34 | „ |
| ALEMAN | 1.ª „ | 80 „ | „ | 84 | „ |

EJERCICIOS PRACTICOS y fáciles para aprender la lengua latina, adaptados á todas las gramáticas, por F. de P. Hidalgo...... 14 rs.

CLAVE DE LOS EJERCICIOS........................ 2 „

SEGUNDO CURSO, *en prensa.*

---

## TRADUCCIONES LITERALES CON EL TEXTO LATINO,

*de la Biblioteca de autores latinos publicada por el mismo autor.*

| | | |
|---|---|---|
| HORACIO....... | Arte poética.......................... | 4 rs. |
| ——— | Odas escogidas........................ | 6 „ |
| FEDRO.......... | Fábulas escogidas ..................... | 5 „ |
| SALUSTIO...... | Conjuracion de Catilina................ | 7 „ |
| CICERON ...... | Oracion 1.ª contra Catilina ............ | 3 „ |
| ——— | Cartas escogidas....................... | 2 „ |
| C. NEPOTE...... | Vidas de los mas ilustres generales ...... | 6 „ |
| VIRGILIO ...... | Las Bucólicas: églogas escogidas........ | 5 „ |
| ——— | Eneida, *libro* 1.° ..................... | 6 „ |
| SAN GERONIMO. | Epístolas escogidas .................. | 7 „ |

---

DICCIONARIO DE PRONUNCIACION de las lenguas española é inglesa: compuesto sobre los diccionarios de la Academia española, Terreros, Salvá y el de Baretti y Newman, publicado por el Dr. Seoane, y los ingleses de Webster, Worcester y Walker. Aumentado con mas de ocho mil palabras, idiotismos y frases familiares: enriquecido con las irregularidades de los verbos y las sinopsis de ambas lenguas.—Parte primera *Spanish and English.*—Parte segunda *Inglés Español,* por D. Mariano Velazquez de la Cadena.—2 tomos 4.° mayor, rústica ...... 80 rs.